
UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 01435948 3

Lat. Lit.

Q. ASCONII PEDIANI

ORATIONVM CICERONIS QVINQVE ENARRATIO

RECENSVERVNT

A. KIESSLING ET R. SCHOELL

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXV

IOANNI NICOLAO MADVIG

ASCONII SOSPITATORI

V· S· L· M·

ADOLFVS KIESSLING

RVDOLFVS SCHOELL

PRAEFATIO

Patavii natum esse Q. Asconium Pedianum iam dudum intellectum est ex ea ratione qua Livii municipalis sui mentionem facit: quod enim in Corneliana (p. 68, 17) dicit *Livius quoque noster* vix alio nisi ad patriae originisque communionem quandam referri potest. Confirmatur haec sententia et titulis aliquot Patavinis (*C. I. L.* V 2820. 2829. 2848. 2899. 2937) in quibus Asconiae gentis memoria extat, et Silii poetae testimonio: is enim in Punicis (XII 212 sqq.) adulescentem quendam Patavinum nomine Pedianum ut belli pacisque artibus florentissimum[1]) summis extollit laudibus. Neque errare videntur qui hos versus in Asconii honorem compositos esse suspicantur. *Asconii patria*

Qua aetate vixerit Asconius, post superiorum conamina minus prospera nostris temporibus quaesivit Nicolaus Madvig in praeclara *de Q. Asconii Pediani ... in Ciceronis orationes commentariis* disputatione critica (*Hauniae 1828*) et accurato omnium testimoniorum examine instituto natum eum esse paullo ante 754 a. u. c. et fortasse initium Do- *Asconii aetas*

---

[1])
Polydamanteis iuvenis Pedianus in armis
Bella agitabat atrox, Troianaque semina et ortus
Atque Antenorea sese de stirpe ferebat
— — — — — — — seu bella cieret
Seu musas placidus doctaeque silentia vitae
Mallet, et Aonio plectro mulcere labores
Non ullum dixere parem; nec notior alter
Gradivo iuvenis, nec Phoebo notior alter.

Cur hos versus ad filium potius Asconii spectare statuamus cum Madvigio (*disp. crit.* p. 17), caussa non est. Inducitur enim a poeta persona proavi cuiusdam Pedianorum familiae omnibus quibus posteri floruerunt laudibus insignis.

mitiani attigisse docuit. Atque cum in hac quaestione ab Hieronymi vel potius Suetonii testimonio ordiendum sit, hic repetamus quae ad annum Abrahae 2092 = 829 a. u. c. adnotavit:

> *Q. Asconius* (*c. pasconius* Bern.) *Pedianus scribtor historicus clarus habetur, qui LXXIII aetatis suae anno captus luminibus XII postea annis in summo omnium honore consenescit.*

Consentaneum est cuius hominis extrema senectus in summo omnium honore exigebatur, eiusdem mors quo acciderit anno, Suetonio non solum notum fuisse, sed etiam ab eo indicatum esse. Legit itaque Hieronymus apud Suetonium quibus consulibus Asconius, postquam duodecim antea annis luminibus captus est, supremum diem obiisset. Atque cum facillima ratiocinatione annum in quem morbi initium incidit inde eruere potuerit, non videmus quid obstet, quin ad eum ipsum annum quem significat non claritatis nescio quid specimen sed morbum illum referamus. Fuit igitur Asconius 829 a. u. c. septuaginta tres annos natus vitaque eius intra annorum 756 et 841 a. u. c. spatium includitur. Huic rationi unum tantummodo refragari videtur, quod refert Quintilianus in institutionis oratoriae I 7, 24, quem librum paullo ante Domitiani excessum 849 a. u. c. conscriptum esse constat:

> ‘*Sibe*’ *et* ‘*quase*’ *scriptum in multorum libris est, sed an hoc voluerint auctores nescio: T. Livium ita his usum ex Pediano comperi, qui et ipse eum sequebatur.*

Etsi enim bene se habet quod Asconii ut mortui fit mentio, quippe qui sex septemve annis ante obierit — nam quod Madvigio hac ratione nimis prope ad oratoriae institutionis editionem accedere videtur (*disp. crit.* p. 16) id levioris certe momenti est —: attamen aliud difficultatem aliquam movere posse videtur. Qui enim potuit Asconius huius rei auctor idoneus esse nisi ipsius Livii scribendi rationem ex litteris autographis atque consuetudine domestica probe novit? Atqui vixdum e pueris egressus erat, cum Livius Patavii 770 a. u. c. moreretur. Itaque aut Asconium cum togam mutasset ad municipalem clarissimum deductum et per annum vel biennium in eius familiaritatem receptum

esse, aut necessitudinis eum vinculo quodammodo cum Livio coniunctum iam inde ab infantia ipsius consuetudine usum esse statuendum erit. Utraque vero ratio cum per se quidem veri dissimilis minime sit, Quintiliani testimonio non impedimur quominus eum 756 a. u. c. demum natum esse credamus.

Asconii vita

De vita et rebus Asconii perpauca nobis tradita sunt. Diximus eum Patavii usque ad quartum decimum aetatis annum Livii familiaritate usum esse videri. Posthac Romam se contulit ibique in virorum summorum consuetudine versatus est. Sic C. Asinius Gallus Pollionis filius, qui postquam per triennium in custodia retentus est obiit 786 a. u. c., ipse ei narrasse fertur Vergilium eclogam quartam in honorem suum composuisse (Serv. ad Verg. *ecl.* 4, 11).

In Q. Iunii vero Blaesi qui erat avunculus Seiani (Tacit. *ann.* III 35)[1]) cohortem eum receptum fuisse apparet ex narratiuncula quae apud Suidam s. v. *Ἀπίκιος Μάρκος* legitur. (*cf.* Aelian. ed. Hercher. II p. 240.)

Ὑπάτω δὲ ἤστην Ἰούνιος Βλαῖσος καὶ Λεύκιος· ὁ τοίνυν Βλαῖσος ἐπὶ τὴν θοίνην κληθεὶς οἷον ἐφολκίδα ἄκλητον ἐπάγεται Ἀσκώνιον Πεδιανόν. ἐξῆν γὰρ καὶ ἐπικλήτους οἱονεὶ σκιὰς ἑαυτοῖς παρακαλεῖν τινας, καὶ ἔδει τὸν Ἀπίκιον καὶ φίλοις καὶ ἀγνῶσι τὴν οὐσίαν ῥίπτειν τὴν ἑαυτοῦ. πέπυσμαι δὴ ἐν τῷδε τῷ συνδείπνῳ γενέσθαι καὶ Ἰσίδωρον ὄνομα τῶν ἐκ παλαίστρας κατατριβέντων, ἄνδρα παλαιὸν μὲν ἤδη καὶ πολὺν τῷ χρόνῳ, ἕν τε καὶ ἐνενήκοντα ἔτη γεγονότα, εὐπαγῆ δὲ καὶ εὐμελῆ καὶ βαθὺν μὲν τὰς πλευρὰς, γενναῖον δὲ τὼ βραχίονε καὶ τὼ χεῖρε ἄκρω, βλέπειν τε ὀξὺν καὶ ἀκούειν ῥᾷστα, ὡς μὴ ἂν πιστεύειν πέρα ξ' ἐτῶν εἶναι αὐτόν· σκύφων δὲ πιτύλοις ἁμιλλᾶσθαι διαπίνοντα πρὸς τοὺς νέους καὶ μέντοι καὶ ὑπὲρ πολυδαισίας καὶ πολυποσίας ἐρίσαι καὶ νεάζειν ταῦτα. ἑνὶ δὲ ἡττηθῆναί φασιν αὐτόν·

---

[1]) Fuit Q. Iunius Blaesus consul cum L. Antistio Vetere 781 a. u. c. (Borghesi *opp.* I 357 not. Nipperdey ad Tac. *ann.* VI 40). Cum vero in consulatu sexagenarius fuerit (Suidas l. l.) non Q. Iunius filius, Seiani consobrinus (Vell. II 127), sed pater esse videtur, cui post devictum Tacfarinatem Tiberius triumphi insignia et imperatoriam salutationem concesserat (Tac. *ann.* III 72. 74).

ἀπελθεῖν γὰρ τοῦ συνδείπνου θᾶττον. γέροντες δὲ ἄλλοι τε ἔλεγον ἐπὶ τέχνῃ παλαιστρικῇ καὶ μέντοι καὶ Ἰούνιος Βλαῖσος. καὶ ὅτε ταῦτα ἔλεγεν ἔτη γεγονέναι ἑξήκοντά φασιν.

Hanc vero de longaevo illo Isidoro narrationem Aelianus, vel si quis alius Suidae auctor est, ex ipsius Asconii commentario quodam de longaevis excerpsisse videtur; Plinius enim ex eodem nisi fallimur fonte id deprompsit quod legimus *hist. nat.* VII, 159

Sammulam quoque centum annis vixisse auctor est Pedianus Asconius.

Praeter hanc Asconii cum viris summis familiaritatem de reliquis vitae rationibus nihil scimus. Utrum publicis interfuerit negotiis an privatus totum se studiis dederit pariter ignoratur. Ne id quidem satis constat, num post adulescentiam urbe relicta Patavium redierit, quae est Madvigii suspicio (*disp. crit.* p. 18). Quod enim aliquoties urbanorum (*in Scaur.* p. 23, 22) vel suburbanorum (*in Milon.* p. 44, 15) locorum situm explanat, id mirum esse non potest, si urbis Romae magnitudinem reputamus. Verum esto, ut sub Neronis imperio aliquamdiu in patriae secessum reverterit: senectutem certe eum Romae transegisse ex Quintiliani Hieronymique verbis supra adscriptis adparet.

Asconii studia Studiorum Asconii quaenam fuerit natura et indoles primus intellexit Madvigius (*disp. crit.* p. 57—84), qui eum ex grammaticorum vel declamatorum de schola numero eximendum esse ostendit. Immo componi debet cum viris illis summis et omnibus humanitatis artibus expolitis sicut Varrone, Messalla, Pollione, qui litterarum amore ducti studia in antiquitate Romana exploranda vel in rebus gestis enarrandis collocarunt. Ita Asconius quoque praecipuam operam in ultimis rei publicae liberae temporibus litterisque illustrandis consumpsit, et iure suo ab Hieronymo *historicus scriptor* vocatur. Praeter Ciceronis orationum enarrationem librum composuit *contra obtrectatores Vergilii*, de quo conferendus Ribbeckius in Proll. Vergilianis (p. 96 sq.).

Asconius Pedianus libro quem contra obtrectatores

Vergilii scripsit pauca admodum obiecta ei proponit eaque circa historiam fere, et quod pleraque ab Homero sumpsisset, sed hoc ipsum crimen sic defendere assuetum ait: cur non illi quoque eadem furta temptarent? verum intellecturos facilius esse Herculi clavam quam Homero versum subripere. Et tamen destinasse recedere, ut omnia ad satietatem malevolorum decideret. (Donati *vita Vergilii* p. 66, 2 Reiffersch.)

Ad eundem librum referuntur, quae legimus apud eundem Donatum (p. 57, 4 Reiff.)

Vulgatum est consuesse eum et cum Plotia Galeria. sed Asconius Pedianus adfirmat ipsam postea maiorem natu narrare solitam, invitatum quidem a Vario ad communionem sui, verum pertinacissime recusasse.

porro apud Probum (p. 7 Keil.)

Nec mirandum quod infra se senem dicit, cum certum sit eum, ut Asconius Pedianus dicit, XXVIII annos natum Bucolica edidisse.

atque apud Servium (ad *ecl.* 4, 11)

Asconius Pedianus a Gallo (sc. Asinio) *audisse se refert hanc eclogam in honorem eius factam.*

Quod autem legitur apud Philargyrium et scholiastam Bernensem et in nonnullis Servii libris ad *ecl.* III, 106:

Item Asconius Pedianus ait se audisse Vergilium dicentem in hoc loco se grammaticis crucem fixisse; quaesituros eos, si quid studiosius occultaretur. Dicit autem poeta (propter libri) *Coelium Mantuanum.*

id quamvis Scaligero ansam dederit ut duos Asconios, maiorem atque minorem discernendos esse statueret, nunc post Madvigii disputationem (p. 7) quin ex errore librarii vel epitomatoris cuiusdam originem duxerit nemo est qui dubitet.

Scripsit deinde, si Pseudacronis scholiis Horatianis (ad *serm.* I 2, 41) fides habenda est, de Sallustii vita:

Sallustius enim Crispus in Faustae filiae Sullae adulterio deprehensus ab Annio Milone flagellis caesus esse dicitur: quem Asconius Pedianus in vita eius significat.

Atque cum in argumento Milonianae, quo loco Asconius

inimicitiae inter Sallustium et Milonem mentionem facit (p. 33, 1), haec res non commemoretur, suspicari licet eum hunc de Sallustii vita commentarium, si modo eum scripsit, post Ciceronianarum demum orationum enarrationem composuisse.

Quo autem tempore Ciceronis orationes filiis enarraverit, id olim Madvigius (*Append.* p. 16 sq.) ex eo loco quo de aede Apollinis exposuit quae Ciceronis aetate sola Romae fuerit extra portam Carmentalem certius definiri posse sibi persuasit. Quae enim in codicibus legantur (p. 80, 25): *ne tamen erretis, quod his temporibus aedes Apollinis in Palatio fuit nobilissima*, haec ita intellegenda esse, ut Asconius aedem Palatinam non iam stantem sed in incendio Neroniano 817 a. u. c. una cum reliquis Palatini montis aedificiis igni consumptam significet. Scripsisse eum igitur ultimis imperatoris Neronis annis. Atqui haec opinio redarguitur eis quae narrat de domo Scauriana (p. 23, 25): *possidet eam nunc Largus Caecina* — sic enim ex certissima Lipsii emendatione pro *longus cicina* corrigendum est — *qui consul fuit cum Claudio.* Patet haec Asconium scribere non potuisse nisi mortuo Claudio (Madvig *disp. crit.* p. 4), vivo etiam tum Caecina. Caecina vero quando obierit, iam actorum fratrum Arvalium nuper repertorum auxilio accuratius definiri potest. Fuit enim frater Arvalis, eiusque nomen inter eos qui sacris votisque adfuerunt inde ab 791 a. u. c. in actis C. Caesaris et Claudii refertur (Henzen *acta fratr. Arval.* p. XLIV, XLVI, XLVII, XLIX, LI, LV, LIX); in actis autem a. u. c. 810 cum sacrificio ob imperium Neronis a. d. III idus octobris cuncti praeter ipsum imperatorem fratres duodecim numero adessent nomen Caecinae non comparet (Henzen l. l. p. LXIV, coll. p. III), neque in reliquis Neronianae aetatis actis usquam legitur. Quod ita explicandum est ut eum ante octobrem a. u. c. 810 obiisse statuamus. Sequitur Asconium verba illa in Scauriana non nisi intra quadriennii 807—810 spatium scribere potuisse.

Aetas filiorum Haec si recte disputavimus, Asconius non septuagenarius prope senex sicut voluit Madvigius (*Append.* p. 17),

sed quinquagenarius in ipso aetatis virilis robore atque flore viridi Ciceronis orationes filiis suis enarravit. Bene vero quadrat quod filios ipsos adulescentes admodum fuisse necesse est, siquidem nondum eam aetatem ingressi erant, ut rationes quibus in senatu res publicae tractabantur ex usu ipso eis nosse liceret. Nondum enim eos senatoriam vigintiquinque annorum aetatem attigisse colligi potest ex Miloniana (p. 38, 19): *Quid sit dividere sententiam* (sc. in senatu) *ut enarrandum sit, vestra aetas, filii, facit;* ubi verba *vestra aetas* ad adulescentiam referenda esse videntur, qua ipsi quominus senatui interessent et quid esset dividere sententiam ex usu scirent prohibebantur. Quod autem pergit nomen eius qui tunc ut sententia dividatur postulaverit indicaturus (p. 39, 3): *Sed ego ut curiosius aetati vestrae satisfaciam Acta etiam totius illius temporis persecutus sum,* in his verba *aetati vestrae,* quae sententia cassa sunt, cum Buechelero ita emendanda esse videntur ut scribamus *ut curiositati vestrae satisfaciam.*

Accedit quod non ut senex doctrinae copias multiplices per anteactae vitae labores congestas effundit, sed potius sustinet personam hominis, qui indefesso necdum absoluto studio undique conquirit quae in usum suum vertat et quae modo ipse didicit suos docet. Audimus igitur virum doctum ex studiorum labore paulisper requiescentem, qui fatetur nondum omnia sibi satis comperta esse, licet spes sit fore ut explorentur ea quae adhuc ignorantur, ubi dicit in Pisoniana (p. 7, 10) *cuius tribuni nomen adhuc non inveni* vel (p. 9, 24) *Socrus Pisonis quae fuerit invenire non potui,* et in Miloniana (p. 42, 17) *quo die periculum hoc adierit . . . . nusquam inveni* vel (p. 43, 7) *de oppugnata domo nusquam adhuc legi,* atque in oratione in toga candida (p. 82, 17) *nomina harum mulierum nondum inveni*[1]). Haec omnia quanto aptiora sint in homine quinquaginta annorum quam in sene fere decrepito non est quod pluribus ostendamus.

---

[1]) In Milonianae p. 47, 14: *tertium patrimonium videtur significare matris; ⟨aliud⟩ enim quod fuerit non invenio,* reponendum erit *inveni.*

Asconii fides Quae modo exposuimus eo iam nos adduxerunt, ut adpareat quanta fide Asconius munere suo functus sit, ut nihil fingeret, sed omnia ad certam auctorum memoriam revocaret. Atque ubi a volgata rerum narratione recedit vel obscuriora et fere ignorata profert, auctores quorum fidem secutus sit nominare solet. Prae ceteris vero ut par est Cicero ipse firmissimus ei dux atque auctor extitit, cuius scripta omnia diligenter evolvit, neque solum orationes ipsas — atque eas quoque quae non ab ipso editae sed ab aliis exceptae circumferebantur velut Miloniana (p. 36, 27) —, sed etiam commentarios causarum (p. 78, 5), expositionem consiliorum (p. 74, 20), item scripta rhetorica, librum de optimo genere oratorum (p. 26, 6) et dialogos de oratore (p. 13, 12).

Verum quamquam Ciceronem consulto mentitum esse ut putet, numquam sese adductum iri fatetur (p. 42, 19), tamen errores eius nusquam tegit, sed ubi culpam ad librariorum neglegentiam referre non licet (p. 68, 16) eos ex oratoriae calliditatis iure (p. 62, 13) vel ex oratorum minus diligenti dicendi ratione (p. 5, 10; 11, 24) explicandos atque excusandos esse statuit.

Tum Acta eius temporis inde ab 695 a. u. c. publicari coepta maxima cum cura persecutus est (p. 17, 2; 27, 12; 39, 3; 41, 13; 43, 19). Neque neglexit aliorum aequalium orationes perquirere, sicut Cominii in Cornelium (p. 54, 12), Lucceii in Catilinam (p. 82, 16), Caesaris in Dolabellam accusationes (p. 23, 12), vel Bruti defensionem *quam pro Milone composuit et edidit quasi egisset* (p. 36, 12). Minime vero suppositis declamationibus quarum ipsis illis temporibus larga pullulabat seges decipi se passus est, velut orationibus Antonii et Catilinae nomine editis, quas cum non ab ipsis sed ab Ciceronis obtrectatoribus scriptae sint nescit an satius sit ignorare (p. 84, 6).

Multo minoris quam haec ipsius Ciceronianae aetatis monumenta rerum scriptores fecisse videtur, qui illa tempora in annalibus tractaverunt. Qui enim solus ab eo saepius in examen vocatur Fenestella (p. 4, 20; 27, 14; 59, 3; 76, 9; 62, 8?; apud Gellium XV 28), is plerumque ob neglegentiam qua minus vera rettulerit castigatur (ap. Gell.

l. l.; p. 27, 14; 76, 9)[1]). Praeter hunc autem Tironem tantum adhibuit, cuius testimonio ex libro IV de vita Ciceronis desumpto ita utitur (p. 43, 10) ut ipsius auctoritati non nimium tribuere videatur.

In eis vero rebus quae Ciceronis aetatem proxime antecedunt et in antiqua rei publicae Romanae memoria ex annalium scriptoribus pendet. Itaque provocat ad fidem Sallustii (p. 59, 3), Livii (p. 59, 3; 68, 17), Attici (p. 12, 10; 68, 17); porro Tuditani (p. 68, 16) et Antiatis (p. 12, 1; 61, 22). Tum Varronis libros partim ipse legit, ut libros de vita populi Romani (p. 12, 12), partim ex aliorum testimoniis, sicut Hygini in libris de viris claris (p. 12, 4) novit. Semel quoque annales *eorum qui Punicum bellum scripserunt* (p. 2, 25) commemorantur, ex quibus de Placentiae coloniae deductione refert. Atque si ex his annalibus sumptum est quod paulo post (p. 3, 9) legitur: *eamque coloniam LIII . . . deductam esse invenimus,* diversi fuisse debent ab annalibus Livii, in quibus numeri locum quem colonia deducta secundum temporum ordinem obtinet indicantes non adduntur.

Denique addendum poetarum quoque lectione imbutum sese praebere Asconium in his commentariis. Novit Caesaris tragoedias *quae inscribuntur Iuli* (p. 22, 17); versum aliquem ab Accio poeta factum esse *prope notius est quam ut indicandum sit* (p. 14, 27); ex Calvi hendecasyllabis versum quo aleator Curius irridetur profert (p. 84, 3). Nusquam Augusteae aetatis poetarum velut Vergilii Horatiique fit mentio: neque potuit sane horum elegantiis pro consilii quod secutus est rationibus uti. Nihil enim ulterius sibi proposuit, nisi ut ea quae in Ciceronianarum orationum lectione adulescentes minus rerum gestarum

---

[1]) Idcirco p. 1, 7 ubi eius scriptoris qui in Pisonianae orationis aetate definienda erraverit intercidit nomen, criticus qui Ed. princ. curavit Fenestellae memoriam reponendam esse duxit. Cum vero hoc neque a re narrata satis commendationis habeat et *Fenestella* spatium quattuor litterarum quod in codice vacuum relictum erat excedat, aut Tironis, qui in Ciceronis vita orationes eius ex temporum rationibus digerere debuit, aut Nepotis (cf. Gell. XV 28) nomen supplendum esse videtur.

peritos morari possent, quam brevissime explicaret. Itaque cum sermonis obscuritas eis qui primo post Ciceronis mortem saeculo viverent nulla esse deberet, quae grammaticas res vel artem rhetoricam spectabant consulto omisit neque umquam explanabat. Nam quae sola eius generis adnotatio in explicando exquisitiore *neque* particulae usu versatur (p. 21, 10—29), ea a Madvigio ut ex recentioris interpretis additamento orta merito seclusa est (*disp.* p. 78—80). Neque minus abhorrent ab eo quod secutus est Asconius consilio quae de tribus causae Cornelianae quaestionibus in fine argumenti eius orationis (p. 54, 19 — 55, 2) ex optimis libris *SM* addidimus. Diligens vero fuit in eo ut homines quorum nomina orator utpote eis qui adfuerunt perspicua reticuit aperte indicaret et res gestas minus in volgus notas exponeret, quarum quidem explicatio non ex ipsius orationis verbis statim peti posset. Cuius consilii rationes is optime perspiciet, qui quas res Asconius in Miloniana et Pisoniana non interpretatus sit consideraverit. Sicuti ut uno defungamur exemplo, non enarravit quae de tribuno qui militi in exercitu Mariano pudicitiam eripere conatus est in Miloniana (4, 9) leguntur, quoniam ea res in declamatorum ludis celebratissima erat.

Enarrationis dispositio

Enarrationis Asconianae etsi quinque tantum orationum in Pisonem, pro Scauro, pro Milone, pro Cornelio, in toga candida contra competitores commentarii aetatem tulerunt, tamen totius operis dispositionem atque ambitum aliquatenus coniectura constituere possumus. Temporum enim quibus singulae orationes a Cicerone habitae erant ordinem eum secutum esse ostendunt hae eius adnotationes:

in principio Scaurianae (p. 17, 3): *Hanc quoque orationem eisdem consulibus dixit quibus pro Vatinio.*

in principio Cornelianae (p. 50, 4): *Hanc orationem dixit . . . . post annum quam superiores.*

in principio orationis in toga candida (p. 73, 4): *Haec oratio dicta est post annum quam pro Cornelio dixerat.*

Itaque ordo orationum superstitum in codice turbatus sic restituendus est:

I	pro Cornelio	689 a. u. c.
II	in toga candida	690 a. u. c.
III	in Pisonem	699 a. u. c.
IV	pro Scauro	700 a. u. c.
V	pro Milone	702 a. u. c.

Ex initio vero Cornelianae adparet eum anni 688 complures orationes enarrasse: dixerat autem eo anno Cicero pro Cluentio, pro M. Fundanio, pro lege Manilia, in contione pro Manilio, qua de contione post videbimus. Atque ut orationem pro Fundanio de qua nihil fere constat omittamus, Cluentianam (VI) et duas Manilianas (VII. VIII) ab Asconio tractatas esse admodum verisimile est. Porro ex principio Scaurianae colligitur eum et orationem pro Vatinio (IX) et praeterea alteram quae a Cicerone ante causam Scaurianam et post defensionem Vatinii habita est enarrasse. Haec autem alia fuisse nequit nisi Planciana (X), quam exeunte Sextili vel ineunte Septembri habitam esse demonstravit Wunderus (Proll. p. LXIX).

His addenda est dissuasionis legis agrariae apud populum enarratio (XI) cuius ipse Asconius mentionem facit in Pisoniana (p. 9, 9).

Orationem denique pro Sex. Roscio Amerino (XII) ab Asconio enarratam esse testimonio Gellii docemur apud quem haec legimus (XV 28):

Cornelius Nepos et rerum memoriae non indiligens et M. Ciceronis ut qui maxime amicus familiaris fuit. Atque is tamen in librorum primo quos de vita illius composuit errasse videtur, cum eum scripsit tres et viginti annos natum primum causam iudicii publici egisse Sextumque Roscium parricidii reum defendisse. Dinumeratis quippe annis a Q. Caepione et Q. Serrano, quibus consulibus a. d. III nonas ianuarii m. M. Cicero natus est, ad M. Tullium et Cn. Dolabellam, quibus consulibus causam privatam pro Quinctio apud Aquilium Gallum iudicem dixit, sex et viginti anni reperiuntur. Neque dubium est quin post annum quam pro Quinctio dixerat Sex. Roscium reum parricidii defenderit, annos iam septem atque viginti natus L. Sulla Felice II Q. Metello Pio consulibus.

In qua re etiam Fenestellam errasse Pedianus Asconius animadvertit, quod eum scripserit sexto vicensimo aetatis anno pro Sex. Roscio dixisse.

Haec enim errorum refutatio quos Nepos et Fenestella commiserant aptiorem locum habuisse nequit quam in argumento Roscianae, unde Gellius totum caput excerpsisse videtur.

Atque longius etiam progredi nobis licet. Saepe enim Asconius audientes monet se iam antea de eis rebus quarum apud Ciceronem mentio fit egisse. Ubicumque vero in enarrationibus quae aetatem tulerunt anterior illa explicatio hodie non legitur, alterutrum accidisse opus est: aut prior adnotatio librariorum culpa omissa est, id quod propter frequentiam harum omissionum statuere non licet, aut egerat de illa re in deperdita enarratione prioris alicuius orationis. Quod quam vim habeat ut intellegatur, composuimus omnia huius rei exempla, ex quibus adparet, quot praeter duodecim quas enumeravimus orationes exposuerit Asconius. Leguntur itaque eiusmodi admonitiones

I. IN CORNELIANA:

p. 57, 6. *P. Sulpicium in tribunatu hanc eandem legem tulisse iam significavimus.*

p. 57, 15. *Manilius, sicut iam ostendimus . . . . legem eandem Compitalibus pertulit.*

p. 57, 20. *C. Attium Celsum significat, sicut iam ante dictum est.*

p. 58, 4. *Dictum est iam supra de his legibus, quas nunc tangit.*

His quattuor locis respicit pleniorem legis Maniliae de libertorum suffragiis expositionem, quae potuit quidem locum habere in argumento orationis pro lege Manilia, at debuit in contione pro Manilio 688 a. u. c. habita, cuius frustulum extat apud Nonium (p. 434, 30).

p. 58, 27. *Hic est Cotta de quo iam saepe diximus.*

Huius C. Cottae mentio fit in Verrinis (I 50, 150. III 7, 18) (XIII) et fortasse in oratione pro Oppio a M. Cotta huius C. Cottae fratre accusato, quem Cicero 687 a. u. c.

ita defendit ut infinitum esset enumerare quemadmodum Cottae auctoritati detraxisset (Quint. VI 5, 10).

p. 60, 24. *Puto vos reminisci has esse leges Livias quas . . . M. Livius Drusus tr. pl. tulerit.*

De Liviis legibus disserendi occasio data erat ad Cluentianae 56, 153.

p. 64, 14. *Diximus iam in principio* = 51, 2; 23.

p. 69, 31. *Hic Cotta, ut puto ⟨vos reminisci⟩ legem tulit* = 59, 5.

II. IN ORATIONE IN TOGA CANDIDA:

p. 78, 13 *diximus et paullo ante Mari caput Catilinam per urbem tulisse* = 75, 5.

p. 79, 10. *P. Syllam et P. Autronium de quibus iam diximus vult intellegi* = p. 66, 21 in Corneliana.

p. 79, 17. *significavimus* = 75, 10.

p. 79, 28. *Paulo ante diximus* = 75, 23.

p. 80, 8. *Diximus modo de hoc* = 79, 28.

p. 82, 22. *Dictum est iam saepius Catilinam . . . . accusante repetundarum P. Clodio absolutum esse* = p. 58, 18 in Corneliana; 76, 7. 78, 7.

p. 83, 14. *Diximus iam supra* = 79, 20.

p. 83, 25. *Cn. Pisonem, quem in Hispania occisum esse dixi* = 83, 5.

III. IN PISONIANA:

p. 6, 5. *Diximus iam antea a Q. Metello Nepote tr. pl. Ciceronem consulatu abeuntem prohibitum esse contionari de rebus quas in eo magistratu gessit.*

Fortasse respicit ad ea quae in Sestiana (33, 72) (XIV) de Metelli inimicitiis cum Cicerone referre potuit.

p. 7, 22. *Diximus . . . . P. Clodium tr. pl. quattuor leges perniciosas populo Romano tulisse: annonariam, de qua Cicero mentionem hoc loco non facit eqs.*

Leges Clodias ut saepe commemorare potuit, ita debuit certe in Sestiana (25, 55), ad quam frumentariae mentio

nos ducere videtur. Atque similia ex parte eisdem verbis leguntur in schol. Bob. ad Sestianam p. 300, 26 sqq.

p. 8, 24. *Catilinam . . . absolutum esse accusante P. Clodio iam supra dictum est* = Corn. p. 58, 15. in toga cand. p. 76, 7; 78, 7; 82, 22.

p. 9, 4. *L. Lamiam a Gabinio . . . . relegatum esse iam diximus.*

Fortasse in Sestiana (12, 29); cf. schol. Bob. p. 296, 18.

p. 10, 17. *frater ille . . . P. Clodi App. Claudius sicut iam saepe significavi . . . Duos tribunos de quibus ipsis quoque iam diximus . . . . Sex. Atilium Serranum et Q. Numerium significat.*

De his quoque hominibus potuit Asconius disserere ad Sestianam (33, 72); cf. schol. Bob. p. 303, 13 sqq.

p. 13, 1. *Diximus* = p. 1, 2.

p. 14, 1. *Fuit . . ut puto iam nos dixisse, Pupius Piso eisdem temporibus quibus Cicero, sed . . . aetate maior eqs.*

Huius Pisonis adoptatio narrata esse potest ad orationem de domo (13, 35) aut in Verrinis (I 14, 37).

IV. IN SCAVRIANA:

p. 22, 5. *Hic alter Crassus idem est de quo supra diximus* = p. 21, 6.

p. 22, 19. *ut supra diximus* = p. 21, 7.

p. 24, 12. ⟨*ut supra diximus*⟩ = p. 20, 20.

V. IN MILONIANA:

p. 37, 5. *ita ut in causae expositione diximus* = p. 35, 23.

p. 37, 13. *de quibus in argumento huius orationis diximus* = p. 28, 29.

p. 39, 19. *Illud vos meminisse non dubito per Q. Fufium illo quoque tempore quo de incesto P. Clodi actum est factum ne a Senatu asperius decerneretur.*

Cum Asconii verba ad remotiorem quendam locum quo de Fufio egerit nos referre videántur, cogitare licet de

oratione in P. Clodium et Curionem, 693 a. u. c. habita (XV) cuius argumentum extat in scholiis Bobiensibus p. 329 sq.

p. 40, 10. *L. Cassius fuit, sicut iam saepe diximus, summae vir severitatis.*

In orationibus quae aetatem tulerunt Cassii fit mentio in Rosciana (30, 84), Cluentiana (38, 107), Sestiana (48, 103).

p. 40, 26. *Hic est Sex. Clodius quem in argumento huius orationis diximus* = p. 29, 2.

p. 44, 30. *Diximus in argumento orationis huius* = p. 32, 1.

p. 46, 14. *T. Munatius Plancus ut saepe diximus* = p. 35, 23; 37, 5.

p. 46, 20. *Significasse iam puto nos fuisse inter leges P. Clodi quas ferre proposuerat eam quoque qua libertini . . . . possent in rusticis quoque tribubus ferre* (sc. suffragium).

Rogationis huius Clodianae, quae quin promulgaretur Clodii morte effectum est, Cicero in eis tantum orationibus quas hoc ipso Milonianae anno habuit mentionem inicere potuit. Atque commemoravit eam sane in interrogatione de aere alieno Milonis: (XVI) *nec suffragia dabis quibus ostentas* (4, 1). Jam ad eandem orationem, cuius memoria Bobiensibus tantummodo scholiis nobis servata est, referenda sunt quae paullo post leguntur (p. 47, 12):

Puto iam supra esse dictum Milonem ex familia fuisse Papia.

Has igitur sedecim orationes Asconium enarrasse non sine probabilitatis aliqua specie contendere nobis videmur. Quibus fortasse addere licebit eas Ciceronis orationes quarum commenta in Bobiensibus scholiis extant. Madvigius enim (*disp. crit.* p. 144—151) eruditionem haud volgarem quae in illis adparet ex Asconianae enarrationis fonte petitam esse non iniuria suspicatur. Quod cum propter scholiastae indolem, qui quidem omissa grammatica explicatione res ipsas copiose illustret nec raro reconditioris doctrinae exempla proferat[1]), perquam probabile est,

[1]) '*Ipsius mihi Asconii verba subinde audire videor*' Madvig

tum confirmatur scholiis eiusdem in Milonianam postmodum evolgatis. In his sunt quae non possint non repetita esse ex Asconio, velut p. 282 Or. mentio de Fufio Caleno sententiae divisionem postulante coniuncta cum Q. Hortensii commemoratione Actis accepta refertur ab Asconio adhibitis (39, 3 sq.); in ceteris quoque quae ad res pertinent plerumque Asconii enarratio magna verborum mole non tam repetitur quam dilatatur[1]); pauca admodum inseruntur ex aliis hausta[2]). Quodsi idem de omnibus valet quas scholiasta interpretatus est, etiam orationes pro Flacco (XVII), pro Sulla (XVIII), pro Archia (XIX), cum senatui gratias egit (XX), cum populo gratias egit (XXI), de rege Alexandrino (XXII), denique quarum commentarii perierunt, cum perscriptos esse ipse testetur, in Verrem (cf. supra p. XII) et pro Murena (XXIII)[3]) Asconium enarrasse conicias. Nam reliquas quarum scholia extant, in Clodium et Curionem, pro Sestio, in Vatinium, pro Plancio, de aere alieno Milonis eundem interpretatum esse iam supra exposuimus.

Neque tamen intra hunc numerum orationum, de quibus forte aliqua coniectandi ansa datur, interpretis consilium et operam sese continuisse verisimile est. Qui numerus cum et initia eloquentiae Ciceronianae, ut Roscianam, et eiusdem iam senescentis opera maturata, ut Milonianam complectatur, inde si quis eo usque procedat, ut

---

p. 150. cf. ut pauca significemus, p. 229, 22. 233, 24. 27. 235, 11. 21. 255, 20. 264, 24. 268, 20. 297, 21. 302, 21. 304, 7 (cf. 317, 29). 308, 26. 310, 6. 318, 27. 320, 18. 337, 5. 347, 14 etc. Asconiana agnoscere possis p. 296, 22 coll. Asc. 59, 24. 299, 23 coll. 13, 4 et 21, 6. 363, 21 coll. 84, 5.

1) cf. p. 276, 10 = Asc. 36, 27. 276, 16 = 36, 10. 280, 1 = 37, 12 (et 33, 3 sq.). 281, 3 = 37, 25. 284, 10 = 41, 24. praeterea 288, 10 = 10, 17.

2) ut praeter leviora quaedam narratio de P. Scipionis Aemiliani morte p. 283. Nec ipsi scholiastae tribuendus error videtur, quo p. 284, 27 coetum Manilianum a L. Domitio discussum (Asc. p. 40) confundit cum eo tumultu quo post annum iudicium Manilii de maiestate disturbatum est (Asc. p. 53, 2).

3) cf. 260, 34 (246, 11). 283, 2 (232, 27. 242, 6. 264, 3. 269, 17). Citantur praeter has or. pro Tullio 278, 18; pro Fonteio 237, 24; in Catilinam II 236, 15; Philippicae 286, 5. 288, 25. 330, 11.

Asconium non selectas aliquot orationes, verum aut omnes deinceps aut saltem eas omnes, quae argumenti gravioris essent et ad res publicas pertinerent, sibi sumpsisse enarrandas statuat, vix in nimiae temeritatis reprehensionem incurrat. Quamquam praestat in re plane ignota parcere coniecturae.

Commentariorum pertractatio

Commentarios Asconianos auctoritatem meritam obtinuisse fidem faciunt scriptorum quae supra attulimus testimonia. Eosdem diu tractari solitos esse cum ipsarum orationum lectione coniunctos praeter exemplum scholiastae Bobiensis (saec. IV—V), de quo modo vidimus, confirmant emblemata duo commentariis Scaurianae et Cornelianae postmodum inserta (v. supra p. XIV): quae ut scholasticam eruditionem quarto quintove fere saeculo propriam redolent, ita interpolatorem produnt, qui duas illas orationes etiamtum integras noverit.

Liber Sangallensis

Asconii enarrationem quinque orationum Ciceronianarum una cum scholiastae incerti commentario in Verrinarum partem unus codex ms. per recentiora saecula servaverat: qui liber ex monasterio S. Galli apud Helvetios sub initium saeculi XV simul et in lucem prolatus est et tenebris redditus. Scriptus fuit saeculo nono: eam enim aetatem produnt litterarum ductus quales ex apographorum variis scripturis refingere certa coniectura licet[1]).

---

[1]) Quo ex genere est litterae *a* species ea quae priore hasta modice flexa nec superne clausa saepe *u* litterae similior evadit: unde explicantur vv. ll. *durata* et *duruta* p. 9, 24; *minatum* et *minutum* (s. *inmutum*) 36, 21; *Camanus* et *Cumanus* 32, 25; *post aliquot* et *postulo quot* 61, 28 (cf. *castos* pro *custos* 19, 19; *nam* pro *num* 22, 3 cet.): eodem redit quod 7, 26 pro *ac trientibus* in Sangallensi et *a cirientibus* et *a arientibus* lectum est, item p. 136, 19 Bait. et *romiliaci* et *romyliaa;* 23, 10 *relatas* pro *relictas*. Praeterea litterarum ligatarum *rt* et *ſt* similitudinem fraudi fuisse exscribentibus testantur lectiones *ortatores, ostatores, obstatores* 27, 12 et 28, 26; *certum* et *cestum* 22, 25; *sartis, sartorum* et *rastis, rastorum* p. 194, 21 sq. Bait.; *uertias* pro *bestias* 79, 1 (simile est *fauctum* pro *Faustum* 65, 1 et *scelestis* pro *selectis* p. 132, 12 Bait.). Omnino litterae *r* forma longior confusionem admisit cum *ſ*, *f*, *p* (cf. 10, 25. 67, 3. p. 171, 10; 136, 18. 213, 11 Bait. 19, 27. 197, 17 Bait. etc.; adde

Asconiana quae supersunt codex exhibuit quadraginta vel paulo pluribus foliis perscripta, ut paginarum numerus fere aequaret nostrae editionis ambitum: singulae paginae tricenorum novenorum sive quadragenorum versuum fuisse videntur, litterarum in singulis versibus numerus fluctuasse inter tricenas et quadragenas. Hos enim numeros computo si non certo at probabili elici ex lacunarum intervallis quae in commentario Cornelianae atque in parte extrema commenti in Milonianam per octo folia codicis constanter sese excipiunt, facile intelleget si quis reputandi periculum facere voluerit (v. infra p. XXVI sq.). Vocabulorum distinctio in Sangallensi saepe neglecta fuit[1]); compendia habuit usitata: quae quam fideliter ex archetypo suo expresserit librarius, ipsi lapsus docent; velut 6, 13 *desicco si* = *desig. cos.*; 9, 22 *collata* = *cos. lata*; 39, 5 *sic* = *S. C.* (contra *S. C.* pro *senatu* 51, 11); 26, 13 *reip.* = *tr. pl.*; 71, 5 *proderit* = *p. Ro. dedit*; 37, 5 *ea* = *cãe* i. e. *causae* al. Ciceronis verba in lemmate posita ab Asconianis in codice plerumque non videntur nisi spatiolo aut initiali maiuscula distincta fuisse; neque in apographis aliter distingui solent, nisi quod Ciceroniana in uno alterove libro lineola subducta notantur. Certe in finibus regundis identidem erratum esse constat. Omnino autem qui codicem scripsit cum archetypo usus est iam multifariam corrupto et mutilo tum ipse incuria et imperitia potius quam novandi aut interpolandi studio Asconii verba depravavit. Multa habes perperam lecta, multa aperte hiulca: glossemata perpauca et quae librario ipsi vix tribuas[2]).

Codicis partes et compositio Quinque Asconii commenta duo codicis fasciculi sive compages complexi sunt ita, ut altera series enarrationem orationum in Cornelium et in toga candida, altera Pisonianae, Scaurianae, Milonianae contineret. Quos fasciculos a duobus librariis diversis pensum inter se partitis per-

---

rursus pro *rufus* quater positum in ms. *M* 28, 25. 37, 12. 43, 3. 44, 7). His indiciis archetypus agnoscitur fere aequalis libris Mediceis e Germania oriundis qui Taciti Annalium partem priorem et Plinii epistularum libros novem servarunt.

1) Vid. 20, 25. 34, 13. 35, 25. 40, 29. 48, 11. 52, 5. 80, 10 etc.

2) De interpolatis p. 21 et 54 vid. supra p. XXI.

scriptos fuisse inde aliquis colligat, quod rubricae argumentis lemmatisque praefixae sive ab ipso librario sive ab rubricatore et per Milonianae enarrationem rarius apponuntur et in parte posteriore commenti ad Cornelianam plerumque desiderantur perque totum commentarium orationis in toga candida prorsus nulla apparent: quemadmodum saepenumero miniatoris diligentia in medio opere remitti deprehenditur. Neque est cur intra haec quinque commenta substitisse librariorum operam statuamus: olim plura exstitisse descripta, maxime in hiatu qui est inter enarrationes or. in toga candida et Pisonianae, licet certo probari nequeat tamen specie veri commendatur. Nam quod non supersunt nisi quinque illa, eaque ordine praepostero ita collocata, ut quae series ex temporis ratione prior est orationum in Cornelium et in toga candida insequatur alteram: id si quid videmus non librario dandum est ex pluribus codicibus commentarios exscribenti[1]), verum ei homini qui codicis aliquando mutilati membra disiecta in bibliotheca Sangallensi repperit atque in libri formam redegit. Iacturam autem fecisse codicem prius quam in eum qui nunc est ordinem cogeretur, certum non deest indicium. Nimirum quod extrema particula adnotationis in Cornelianam nimis illa exigua repetito titulo PRO CORNELIO adnectitur prioribus, intercidisse inter commentum prioris et secundae orationis in Cornelium folia quaedam vel saltem unum folium cum alii editores intellexerunt tum demonstravit Madvig: ipsum vero illud PRO CORNELIO nude praescriptum neque Asconii esse potest neque librarii commentarium alterius orationis indicaturi, sed a posterioris temporis viro erudito adscriptum est qui hanc particulam solitariam atque sublata compage exulantem sedi suae restitui voluit. Cui homini fortasse librorum in armario monasterii Sangallensis custodi id quoque tribuere non dubitamus, quod cum reliquiis Asconiani operis fragmentum codicis alieni — sic enim videtur — quo scholiastae anonymi quinti fere saeculi inter-

[1]) Cf. Madvig p. 32, qui tamen probabiliorem explicationem non neglexit.

pretatio Verrinarum exhibetur in unum corpus est colligatum, non ob aliam scilicet causam nisi propter argumenti similitudinem: pariter atque in pluribus et codicibus et editionibus saeculi decimi quinti sextive cum Asconii et Pseudoasconii commentariis iunguntur Antonii Luschi aut Sicconis Polentoni expositiones orationum Ciceronianarum.

Codicis reconcinnati vices

Neque vero magis codici reconcinnato posterior aetas pepercit. Qui per ultima saecula medii aevi — quae tum erat in claustris barbaries studiorumque depravatio — cum ceteris libris bibliothecae Sangallensis neglectus iacuit et fere sepultus *in teterrimo quodam*, ut scribit Poggius, *et obscuro carcere, fundo scilicet unius turris, quo ne capitalis quidem rei damnati detruderentur.* Inde cum Asconii liber madore situve pessumdatus marginibusque detritis aut abscissis scriptura ipsa haud paucis locis prorsus hausta sit, magnus est in apographis lacunarum numerus, ubicumque verba truncata reperirent viri docti vel litteras evanidas dispicere non iam possent. Qua de re nunc demum certius constat ex apographo Sozomeni Pistoriensis, qui summa plerumque fide si quid non legerat spatio relicto indicavit: nam in Poggianis exemplis haud raro lacunae codicis sicubi sine sententiae detrimento fieri posset neglectae, saepius vel coniectura probabili — seu malis dicere curiosiorem scripturae evanidae interpretationem — vel fallaci insolentique interpolatione suppletae sunt; Bartolomaeus vero Poggii comes lectionis traditae vestigia paullo religiosius premens miro tamen consilio plerumque cum lacunae nota coniuncta dedit supplementa Poggiana.

Hiatus

Iam vero loci lacunosi plerique[1]) ita comparati sunt, ut per complurium versuum seriem hiatus aequabili spatio sese excipiant, eiusmodi autem hiatuum ordines continui constanti fere numero per certa intervalla redeant: cuius generis duo sunt in commentario Pisonianae exempla (p. 3 sq. 5), inde a parte posteriore commenti in Milonianam usque ad medium fere Cornelianae duodeviginti com-

---

[1]) Omittimus singulorum verborum hiatus quales habes 1, 7. 3, 9. 6, 22. 7, 2. 9, 7. 12, 7. 13, 7. 30, 22. 35, 6. 66, 11. 72, 1.

parent (p. 42 sq. 45—65). Manifestum est igitur in Sangallensi per plura deinceps folia versuum et in pagina antica clausulas et in aversa capita marginum parte deleta evanuisse[1]). Quibus versibus locorumque spatiis inter se computatis id certe lucramur, ut de codicis specie deque singulorum foliorum versuumque ambitu coniecturam probabilem capere liceat. Id cum neminem fugerit inspectis editionis nostrae p. 46 sqq., ubi litteris inclinatis indicantur supplementa aut Poggii aut recentiorum sive certa sive probabilia[2]): tum exempla aliquot quibus ista ratio confirmetur speciminis loco infra componere placuit[3]).

Atque in secundo codicis folio margo exterior cum parte scripturae a media fere pagina usque ad finem mutilatus fuit in hunc fere modum:

---

[1]) Id uno exemplo illustravit Madvig p. 30 sq., pluribus Rinkes Mnem. XI p. 185 sqq.; locorum conspectum dedit Kiessling *de Asconii cod. Pistoriensi* p. 5 sq.

[2]) Consentaneum est ex lacunae modulo probabilitatem coniecturae diiudicari: ut si quando supplementa ad hiatus spatium nullo modo aptari possunt, velut p. 53, 2; 62, 28, inde de loco non casu modo, sed iam librarii neglegentia corrupto cogitare iubeamur.

[3]) In his quae litteris diductis dedimus supplementa Poggiana sunt, de ceteris vid. app. crit. Ipsa menda libri Sangallensis referre supersedimus, ne cui fictam codicis imaginem repraesentare voluisse videremur.

a f. 2r (= p. 3 sq.).

de auo Pisonis materno. Hic cum a domo *profectus* Placentiae forte consedisset paucis *post annis* in eam ciuitatem, nam tum erat . . . . ascendit; prius enim Gallus dein Gallic*anus fuit, ad* extremum Placentinus haberi *coeptus* est. Hoc quod dicit ciuitatem fuisse *Placentiam* ab eadem persuasione ponit ⟨*qua ante dixerat*⟩ municipium fuisse. Auum autem *maternum* Pisonis primo Gallum fuisse ideo ait quod uenisse eum in Italiam dicit trans Alpis, *dein Gallicanum* quod in Italia consederit, Placen*tinum denique* postquam adscitus sit a Placenti*nis. Sed Pisonis* auus multo post ea tempora fuit quibus Placentia colonia est deducta.

CIRCA VERS. A PRIMO **

Lautiorem . . . . pater tuus socerum quam C. Piso . . . . in illo luctu non enim filiam meam colloca*ui* quem ego . . . . potestas tum e. q. s.

b f. 2v (= p. 5) [1].

Ego in C. Rabirio perduellio*nis reo* XXXX annis ante me cos. interpositam [—] senatus auctoritatem sustinui contra [—] inuidiam atq. defendi. Possit aliquis credere *errare* Ciceronem quod dicat quadraginta *annis* factum esse ut ex senatus consulto *arma ad*uersus L. Apuleium Saturninum *tribunum* plebis sumerentur. C. enim Mario L. *Valerio* coss. id senatum decreuisse ⟨qui⟩ cos. *annis* ante consulatum Ciceronis *XXXVII fuerint.* sed hic uon subtilis computatio *annorum* facta est, uerum summatim *tempus* comprehensum est, ut proinde *debeamus* accipere ac si dixerit prope XXXX *annis. haec* consuetudo in ipsius *sermone est,* itaq. idem Cicero in ea quoque *oratione quam* in Catilinam in senatu *habuit, cum* octauus decimus dies esset *post* factum S. C. ut uiderent coss. ne quid resp. detrimenti caperet, dixit uigesimum *diem* habere ⟨se⟩ S. C. tamquam . . . .

Cetera apponimus ex enarratione Milonianae et Cornelianae haec:

a p. 47 sq.

periturum esse eo triduo Milonem . . . . . . sed Milonis quoque notam audaciam *remo*ueri a rep*ublica* uisum est; scire t*amen* nemo umquam potuit utram sententiam *tulisset,* damnatum autem opera maxime Appi *Claudi* pronuntiatum est. Milo postero die *noua lege* factus reus e. q. s.

b p. 49.

quod loca *publica* occupasset et cum telo fuisset; nam *dux fuerat* operarum Milonis. accusauerunt C. Fidius Cn. Aponius Cn. f. M. Seius . . . . Sex. f., defenderunt M. Cicero *Marcus* Terentius Varro Gibba. absolutus *est sententiis* plenius quam prius e. q. s.

---

[1]) *a* 3 paenitet quod in verba scriptoris recepimus *ciuitas;* aliquanto probabilius Mommsenus *incola* s. *peregrinus* supplendum proposuit. Eidem *b* 16 debetur *ipsius sermone est:* unde vv. sqq. quoque supplementa in aliam formam redigenda erant.

a p. 50 sq.

senatus et decreuit satis *cautum* uideri eo S. C. quod ante annos *septem et XX L.* Domitio C. Coelio coss. factum erat, cum senatus ante pauculos annos *ex eodem* illo S. C. decreuisset ne quis Cretens*ibus* pecuniam mutuam daret. Cornelius *ea repulsa* offensus senatui, questus est de ea *re in contione*: exhauriri prouincias usuris, *prouideri*, ut haberent legati unde praesentia *munera* darent, promulgauitque legem qua *auctoritatem* senatus minuebat e. q. s.

b p. 51 sq.

. . . . . actum deinde eadem de re in senatu *est magnis* contentionibus. Tum Cornelius ita ferre rur*sus* coepit, ne quis in senatu legibus solveretur nisi *CC non minus* adfuissent, neve quis, cum *quis ita solutus* esset, intercederet cum de ea re *ad populum* ferretur. Haec sine tumultu res *acta est.* nemo enim negare poterat pro *senatus* auctoritate esse eam legem. sed tamen *eam tulit* inuitis optimatibus qui vel ⟨per⟩ paucos *talia S. C.* gratificari solebant. Ali*am* deinde legem Cornelius e. q. s.

a p. 55.

cum bis iurasset semel priua*tim iterum lege*, *nonne* priuatim patris publice legis *officio* deiectus est? ratione an ui? at utri*mque omnem* suspicionem animi tollit *et C. Curionis* uirtus ac dignitas et Q. Metelli *spectata* adulescentia ad summam laudem *omnibus* rebus ornata. Hoc exemplum *affert* hoc loco quod uult probare desistere *C⟨omini⟩um debere* ab accusatione: quamuis neque *reus factus sit* neque fecerit pactionem e. q. s.

b p. 56.

. . . . . *inter* Metellum et Curionem facta *pactio est*, *ut neq.* arbitrium de libertate peragere*tur*, *red*iret tamen ille in libertatem de quo *agebatur*, neque Metellus perstaret in ac*cusatione* Curionis: eaque pactio ab utroque *obseruata* est. Huc ergo illud pertinet *quod bis eum* iurasse dicit, semel privatim *apud patrem*, iterum lege tum scilicet, cum in Curionem calumniam iurauit e. q. s.

a p. 57 sq.

nam cum *tr. pl. factus* duas leges in eo magistratu tulisset *unam perniciosam* alteram egregiam, quod *malum uisum est rem* p. non laesit, sed ab illo ipso *qui parauerat* abiectum est, bonum autem quod *excogitauit de* summa rep . . manet et in⟨perii⟩ uestri ordina*rios hostes* dispulit.

b p. 59.

legis est mentio praeter eam quam in consulatu *tulit inuita* nobilitate, magno populi studio, ut eis *qui tr. pl.* fuissent alios quoque magistratus *capere* liceret; quod lex ⟨a⟩ dictatore L. Sylla paucis *annis ante* lata prohibebat: neque eam Cottae legem abrogatam esse significat.

Codex a. 1416 inventus

Librum Sangallensem iam temporum hominumque iniuria multifariam deformatum una cum aliis veterum auctorum codicibus aestate anni 1416 Franciscus Poggius Florentinus doctique Itali comites eius reppererunt, cum per concilii Constantiensis otium vicinorum monasteriorum bibliothecas curiose perlustrarent. De quo invento ipse Poggius in epistula celeberrima ad Guarinum Veronensem data Constantiae XVII Kal. Ian. 1417 ita refert: „*Est autem monasterium S. Galli prope urbem hanc milia passuum XX. Itaque nonnulli animi laxandi et simul perquirendorum librorum, quorum magnus numerus esse dicebatur, gratia eo perreximus. Ibi inter confertissimam librorum copiam quos longum esset recensere, Quintilianum comperimus* (*reperimus?*) *adhuc salvum et incolumem, plenum tamen situ et pulvere squalentem. Erant enim non in bibliotheca libri illi, ut eorum dignitas postulabat, sed in teterrimo quodam et obscuro carcere, fundo scilicet unius turris, quo ne capitalis quidem rei damnati detruderentur . . . . Reperimus praeterea libros tres primos et dimidiatum quarti* (l. *quartum*) *C. Valerii Flacci Argonauticon, et expositiones tanquam thema quoddam super octo Ciceronis orationibus Q. Asconii Pediani eloquentissimi viri, de quibus ipse meminit Quintilianus. Haec mea manu transscripsi et quidem velociter, ut ea mitterem ad Leonardum Aretinum et Nicolaum Florentinum . . . . . .*“ [1])

Erant autem cum Poggio quod ipse testatur alii quoque litterarum studiosi [2]): atque a Bartolomaeo de Montepoliciano socio eius itemque a Sozomeno (s. Zomino) Pistoriensi, cuius nomen postea historia ecclesiastica condita inclaruit, tum descriptum esse codicem Asconii recens inventum exemplarium ipsorum manu scriptorum quae adhuc servantur subscriptiones indicant:

---

[1]) Praeterea Asconii a semet reperti in epistulis ad Nicolaum datis identidem meminit Poggius. cf. Bandini *cat. codd. lat. bibl. Laur.* II p. 503 et testimonia a Madvigio addita p. 24 sq.

[2]) Cf. subscriptio cod. Urbinatis 577 a Reifferscheidio notata Mus. rhen. 23, 145 '*reperimus vero eum in bybliotheca monasterii Sancti Galli quo plures litterarum studiosi perquirendorum librorum caussa accessimus*'.

cod. Bartol. (f. 73 v.). *Finis argumentorum quarundam orationum ciceronis eorum quae* *i n u e n i m u s* *in Monasterio sc̃i Galli quae licet imperfecta et in compluribus locis corrupta esse uideantur: non mediocrem tamen bene studentibus poterunt utilitatem afferre. Die XXV iulij MCCCCXVI. B. de mõte policiaõ.*

cod. Sozom. (f. 71 v.). *Finis argumentorum quorundam orationum Ciceronis quae* *i n u e n i m u s* *in monasterio Scī galli quod ·XV· milibus passuum a Constantia remotum est.* τέλος. X. kl. *Aug. MCCCCXVIJ. Constantiae*[1]).

Praeter hos nemo quantum scimus librum Sangallensem inspexit: qui ubi reuixit statim in oblivionem rediit.

Itaque archetypo amisso ad apographa sola demittimur tria Poggii Bartolomaei Sozomeni: quorum duo supersunt ipsorum manu scripta, Poggianum non ipsum servatum est[2]), sed inde, vel potius ex eo quod ab ipso transscriptum et multifariam correctum Poggius miserat ad amicos Italos[3]), profecta sunt pleraque omnia exempla quae nunc in Italorum Hispanorum Gallorum Germanorum Batavorum Britannorum bibliothecis exstant aliud alio pro- *Tria apographa*

---

[1]) In anni nota error esse videtur Madvigio p. 26 n. 8; atqui haec non ipsis schedis a Sozomeno ex Sangallensi velociter exceptis, sed exemplo ex schedis per otium diligenter expresso subscribi loci nota addita confirmat. Nec vero quod Matthaei episcopi Pistoriensis litterae feruntur *Domino Zomino de Pistorio Florentiae studenti in iure canonico in orto Sti Michaelis apud Sanctam Annam* datae Constantiae 5 Aprilis 1416, inde F. A. Zacharia *Bibl. Pistor.* (Aug. Taur. 1752) p. 30 efficere debebat p o s t annum 1416 demum Sozomenum Constantiam petisse: verum non multo post litteras illas acceptas Florentia Constantiam se contulisse videtur episcopo suo adversus accusatores Pistorienses et Florentinos opem praestiturus.

[2]) Nam codicem Asconii Riccardianum ipsius Poggii manu scriptum falso perhiberi et Reifferscheid testatur et Schoell inspecto codice confirmat. De Matritensi autem quem olim i n t e r l i b r o s P o g g i i F l o r e n t i n i fuisse notat Knust in Pertzii Archivio VIII p. 152 vid. infra p. XXXIV. XXXVI sq.

[3]) Vid. subscriptio cod. Soc. Columb. Flor. (f. 175 v.) *Hoc fragmentum repertu Q. asconii pediani repertum est in monasterio sancti*

pius ad communem fontem accedens, idemque repraesentat editio princeps a. 1477, unum omnium quotquot insecutae sunt editionum fundamentum. Namque prae eo apographo quod primum per Italiam perlatum est Poggii adeo auctoritate munitum latuerunt Bartolomaei et Sozomeni exemplaria, quae et ipsa ex Poggiano derivata videri poterant[1]). Quamquam vel ita antiquissimos testes de scriptura codicis Sangallensis mireris in censum vocare neminem operae pretium duxisse. Atqui diligentiore comparatione facta prorsus diversa atque exspectari poterat apographorum ratio apparuit. Intellectum enim est illa non solum inde longe plus auctoritatis adipisci quod ex ipso archetypo Sangallensi expressa sunt, cum exempla Poggiana dumtaxat per gradus quosdam communem fontem attingant: verum etiam a memoriae fide et scripturae sinceritate Poggii apographum unde volgata lectio descendit multo minus commendari quam Sozomeni et Bartolomaei: intellectum est etiam Bartolomaeum longo intervallo cedere Sozomeno, cum scripturae veteri interpretandae parum idoneus adhibitis haud raro Poggianis lectionibus correctionibus supplementisque iam contaminatum exemplar dederit. Quapropter ut ex testium vel consensu vel dissensu librarii Sangallensis manum certo modo eruamus — quo nihil antiquius esse potest Asconii editori — maximi momenti erit Sozomenus, secundo loco Bartolomaeus habendus, tertio Poggius.

Sozomeni exemplum Sozomeni apographum (*S*) cum parte superstite Mstorum eiusdem urbi patriae testamento legatorum servatur

---

galli prope constantiam · XX · milibus passuum a Poggio Florentino una cum parte · C · ualerii flacci & balbi setini argonauticon · & · M. manilij astronomicon. & statii siluarum libri. quod sumpsimus ex exemplari ////////////// dicti poggii sua manu transscripto. Finis: — Adde subscr. cod. Gothani (sim. Ed. princ.) *Hec est pars Q. A. pediani cura & diligentia Poggii florentini uiri litteratissimi reperta in monasterio sancti Galli prope constantiam XX milibus passuum; et ab ipsius poggii exemplaribus transsumpta transscripta.* — De Nicolai Nicoli exemplo cf. Ambrosius Travers. ep. ad Nicol. (1431) VIII, 2 Mehus.

[1]) Ut de Sozomeniano temere affirmat Zacharia l. c. p. 48. Rectius quid rei sit Madvig suspicatur p. 26.

in bibliotheca Pistoriensi Sapientiae sive ut nunc dicitur Forteguerri. Codex est n. 37 chartaceus forma 8°, madore male habitus, ut in margine foliorum superiore scriptura difficile dignoscatur. Constat foliis 71, e quibus fol. 19 v. scriptura vacat (inter *C. Annio auo* et *suo materno* p. 47, 13), ff. 20—23 et 14—17 quae binorum ternionum partem mediam efficiunt, per bibliopegae socordiam locum inter se mutarunt. Scriptus est diligenter ipsius Sozomeni manu; idem correctiones notasque exiles in margine et crucis signa corruptelis apposuit. Ciceronis lemmata a scholiis fere non distinguuntur, nisi quod in Verrinarum commentario illa passim lineola notantur. Subscriptionem iam enotavimus p. XXIX. Sangallensem plerumque religiose secutus est Sozomenus; quamquam saepius lapsus est verbis traditis vel parum intellectis vel etiam, propter homoeoteleuta maxime, omissis: maiore hiatu pars scholiorum ad Accus. in Verrem l. I (p. 183, 14 — 186, 18 Bait.) hausta est inde nimirum orto, quod in exscribendo archetypo duas paginas errore transiit. Codicem *S* primus indicavit Laur. Mehus praef. ad Ambrosii Traversarii epistolas et vitam p. 45, descripsit Zacharia in ep. ad Hier. Lagomarsinium a. 1744 in Calogeriana Coll. t. XXX p. 437, iterum edita *Bibl. Pist.* p. 47 sq. (cf. Bandini *Cat. codd. lat. Bibl. Laur.* II p. 503); contulit Asconium Schoell autumno a. 1872. De propriis eius libri virtutibus plura dedit Kiessling in disputatiuncula indici schol. Gryphiswaldensi 1873 praemissa. Quae cum non minus appareant in commentario Verrinarum qui Asconium excipit, pergratum accidit quod nuper C. Bardt huius partis variam lectionem ab ipso ad editionem Baiterianam adnotatam nobis ut ea uteremur liberaliter transmisit. Eam ne desiderent si qui scholia ista tractaturi sunt, in appendice editionis nostrae invenient congestam.

Bartolomaei de Montepoliciano exemplum

Codex Barptolemaei de Montepoliciano (*M*) Laurentianus est pl. 54, 5 membr. 8° ff. 120 eleganter perscriptus. Asconium et Pseudo-Asconium exhibet f. 1—73: adnexa sunt commentaria quaedam Antonii Lusci et excerpta ex orationibus Ciceronis; de quibus vid. Bandini *Cat. Codd. lat.* II p. 638 sq.; Hauthal in Baiteri ana-

lectis ad Asconium (*onom. Tull.* III) p. 308 sq. Rubricae lemmatis praescriptae pleraeque omittuntur spatio relicto. Subscriptionem vide p. XXIX. Exemplar sat inscite exceptum multis locis ex Poggii apographo et correctum et interpolatum esse facile deprehenditur. Praeterea mendas plurimas sibi proprias habet, paucas interpolationes (ut 49, 9. 56, 16. 64, 10. cf. 62, 22), bona paucissima (v. 3, 18. 42, 24. 75, 1). Variam scripturam ad commentarios Pisonianae et Scaurianae in Orellii usum enotavit Hauthal (cf. l. l. 312 sqq.) parum accurate: nobis rogantibus Asconiana omnia diligentissime excusserunt viri amicissimi duo Eduardus Hiller et Aeneas Piccolomini; hic commentum in Cornelianam contulit, cetera Hillerus.

Poggiani exempli apographa

Poggiani exempli (*P*) apographa praesto fuerunt haec:

1. Cod. societatis Columbariae Florentinae B 7 (*Pa*) chart. fol. ff. 175 ab uno librario bene scriptus post Explanationem Antonii Lusci super undecim orationibus Ciceronis et Sicconis Polentoni argumenta in orationes Ciceronis f. 111—175 exhibet Asconium et scholiastam Verrinarum. Corrector aequalis saepe quae librarius omiserat supplevit, idem notulas et argumenta brevia in margine addidit — prioris autem manus rara sunt scholia — et subscriptionem subiecit quam dedimus p. XXIX n. 3. Indicavit A. Reifferscheid mus. rhen. 23, 145.

2. Cod. Laurentianus pl. 50, 4 (*Pb*) membr. fol. (cf. Bandini l. c. p. 503). Cum Ciceronis Oratore et Bruto in unum volumen ligati sunt commentarii Asconii et Pseudo-Asconii (omissa tamen scholiorum in librum quartum, i. e. Act. II lib. 2 parte superstite), binis columnis perscripti f. 79—115. Scriptura continua est, ut diversa capita fere solo spatiolo aut littera maiuscula distinguantur. Emendavit manus aequalis secundum exemplar; recentior manus pauca ex ingenio novavit (cf. e. g. 82, 15).

Utrumque librum contulit Schoell.

3. Cod. Gothanus (bibliothecae ducali dono datus a. 1618) II n. 118 (*Pc*) membr. 4°; quem accurate descripsit F. Jacobs *Beiträge zur älteren Litteratur und Merkwürdigkeiten der herzogl. öff. Bibl. zu Gotha* fasc. 3

p. 207 sqq. (cl. fasc. 1 p. 214.) Asconiana ordine mire turbato leguntur exempli unde transscripta sunt foliis per bibliopegam male conligatis. In plerisque congruit cum editione principe: etiam subscriptio fere eadem; v. p. XXX n. Varias lectiones ex commentario Pisonianae et Scaurianae omnes, ex Milonianae selectas Jacobs excerpsit l. c.

4. Cod. Guelferbytanus n. 88 Gud. (*Pg*) membr. fol. ff. script. 60, qui olim Tiburtini cuiusdam monasterii fuisse videtur: nam in loci nota erasa f. 61 '*Tibure*' conspicitur, f. 62 custodis nota est: '*ponatur in XVII° armario ex parte cimiterij*'. Insunt Asconii et personati Asconii commenta manum correctricem multifariam experta. Et hunc librum et Gothanum bibliothecarum praefecti viri humanissimi rogatu nostro Gryphiam transmiserunt.

5. Cod. Lugdunensis Bat. n. 222 (*Pl*) — qui fuit olim ex libris Ducis Valleriensis, in bibl. Leidensem transiit ex Crevenniana[1]) — membr. 8° ff. 119 nitidissime perscriptus, a Sebaldo Jano Everardo Rau in Libro *variarum lectionum ad Ciceronis orationes* (Lugd. Bat. 1834) et descriptus (p. 82 sq.) et saepius citatus. Nobis absoluta iam editione codicis inter Poggianos primarii copiam fecit insignis liberalitas praesidum bibliothecae Leidensis, qui Antonio Klette comiter intercedente Schoellio ut eo Jenae uteretur permiserunt: unde quae notabiliora visa sunt aut praefationi aut addendis inserere, scripturae varietatem ad Verrinarum commentarios, quo certius etiam de Poggii auctoritate constaret, integram in appendice proponere placuit. Liber satis emendate scriptus est; correctiones sive varias lectiones haud multas librarius ipse adiecit — ut p. 41, 11 *eo domi tenus;* ac p. 31, 1 *milonis* quod nos reposuimus, iam in margine Leidensis notatum est —; plura alius ut videtur corrector aut ex Cicerone aut de suo mutavit[2]).

---

1) f. 119 v. notatur *Hic liber est adam Petri Laurenti de Clarenta* (?).

2) Ex Cicerone quidem in lemmatis aut supplevit aut correxit p. 6, 16 *fieri uetuit, atque id quod nondum potestate poterat obtinuit auctoritate, tu cum — praetextatus fuisset, ludos facere e. q. s.;* 7, 17 *sustulerat;* 19 *in stupris;* 26 *semis aeris ac trientibus;*

Ceteros quotquot innotuerunt breviter recensemus:

6. Cod. Matritensis bibl. reg. (olim '*del Sr. conde de Miranda*') X 81 chart. fol. continet Knustio teste (in Pertzii *Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde* VIII p. 152 sq.) a) "Sigiberti chronicon." b) "Asconii Pediani enarrationes seu commentaria in Ciceronis orationes (contra L. Pisonem, pro M. Scauro, pro Milone) et in alia eiusdem Ciceronis opera". c) "Gagi Valerii Flacci Balbi Sextini argonautica". Subscribitur: *Hoc fragmentum repertum est in monasterio St. Galli prope Constantiam XX milibus passuum, una cum parte Q. Asconii Pediani. Deus concedat alteri, ut utrumque opus reperat* (l. *reperiat*) *perfectum, nos quod potuimus egimus. Poggius Florentinus.* Est igitur liber gemellus eius qui fuit in bibliotheca Laurentii Pignorii Patavini († 1631), in Tomasini catalogo (v. Graevii et Burmanni *thes. antiquit. et hist. Ital.* t. VI p. III col. 145) relatus n. 12 '*Fragmenta Asconii Pediani et C. Valerii Flacci ex Editione Poggii*': unde eandem subscriptionem protulit ipse Pignorius *l'origine di Padova* c. XVI (cf. l. c. col. 80). Nisi forte unus idemque codex agnoscendus est, qui ex bibliotheca Dominici Molini Veneti, cui suam reliquit Pignorius, postea in Hispaniam pervenerit: nam Sigiberti

---

8, 12 *conniuente;* 10, 6 *naturae tuae;* 13, 28 *tu;* 14, 13 *quo modo;* 47, 9 *fecisse — uirtute;* idem p. 40, 8 voc. *iudicium* eraso interpolavit quod m. 1 in marg. adnotaverat *cui bono fuerit.* Quamquam iam ipse librarius aliquot locis verbis in archetypo traditis Ciceroniana tacite substituit: ut una cum aliis Poggianis exhibet p. 5, 1 *perduellionis reo;* 6, 13 *sed ille designatus cos. cum;* 9, 7 *ut dici audiebam;* 12, 25 *o amentem;* 13, 7 *flagrauit:* solus dedit p. 12, 26 *rusticum* 27 *amborum;* 43, 24 *familiaris meus et idem comes.*

Coniecturas corrector in marg. adscripsit ex parte futtiles, ut pro *Philippo* p. 2, 4 '*Metello potius*'; 11, 16 '*potius auus semel, quinquies pater;* 38, 18 *empta*] '*at inepta*': bonam p. 48, 11 '*fuluio potius*', quod etiam Manutius vidit. Idem aliis quoque locis certam lectionem a Manutio sive a prioribus editoribus restitutam et ipse assecutus est: p. 1, 17 *dicat;* 9, 4 *lamiam;* 12, 3, item 38, 2 *et* del.; 29, 3 *mensis;* 32, 4 *magna manus militum;* 33, 23 *quaesitor;* 36, 18 *constitit;* 37, 28 *factionis;* 42, 23 *milonianis* ut Beraldus et Gronovius, licet inutilis sit correctio; 45, 4 *ruffus* pro *fuit,* quo occupavit Baiteri emendationem.

chronicon secundum Knustium a diversa manu, certe minus diligenti scriptum quam reliqua, fortuito cum libro Poggiano in unum volumen ligatum esse videtur. At quod Poggium ipsum libri Matritensis possessorem quondam fuisse Knustius addit: id licet fieri potuerit, veremur tamen ne non aliunde nisi ex ipsa subscriptione ille levi coniectura effecerit.

7. Cod. Riccardianus (olim Bernardi Oricellarii † 1510) chart. fol. de quo vid. Hauthal in Baiteri *anal.* p. 306 sq. qui comm. ad Pisonianam et Scaurianam excussit ib. 312 sqq.

8. Cod. Ambrosianus H 100 inf. chart. inscr. '*Hae sunt quaedam glosulae super orationibus Tullii antiquitus factae, nuper in Concilio Constantiensi repertae*' cf. Mai praef. ad *M. Tullii Cic. trium oratt. in Clodium et Curionem ect. fragm. ined.* (Mediol. 1814) p. XIV et *Catal. Cic. codd. Ambros.* p. 232 sq. Baiter *anal.* p. 306. 312 sqq. contulit commenta priora tria et initium comm. in Cornelianam.

Praeterea alterum Ambrosianum (I 91 sup.) scriptum '*anno 1475 a Jo. Ny*'. Mai l. c. indicat, duos Laurentianos (pl. 54, 27 et 29) Bandinius in catalogo[1]), Parisinos duos, item Vindobonensem Savignius de iure ital. p. 44, Harleianos tres (n. 2568. 2635. 5238) catalogi editor[2]): qui omnes quin Poggianum exemplar referant, dubium non est. Denique eiusdem familiae codicis instar est

Editio princeps Veneta a. 1477 (*Pω*) per Hier. Squarzaficum Alexandrinum curata, quae ff. 55 Asconium et Verrinarum scholiastam continet[3]) adnexis Georgii Trapezuntii, Antonii Luschi, Sicconis Polentoni similis argu-

---

1) Insigni socordia Hauthal (in Baiteri *anal.* p. 310) praeter *M* negat ullum Asconii codicem in Laurentiana servari: quattuor librorum notas iam Madvig attulit l. c. p. 26.

2) Bononiensem P. Manutius vidit cf. ed. p. 84. Graevius in commentariis ad Ciceronem ex suo Ms. Asconii lectiones hic illic adnotavit plane inutiles.

3) Subscriptum est: *Haec est pars Q. A. pediani cura et diligentia pogii florentini viri litteratissimi reperta in monasterio sancti galli prope constantiam XX. milibus passuum: et ab ipsius pogii exemplaribus a*

menti libellis (cf. de ea Madvig l. c. p. 33 sq.). Bonum Poggiani apographi exemplum summa plerumque cum fide editor expressit: paucissima apparent interpolationis vestigia, quo ex genere unum iam p. XIII n. notavimus. Nos pro ipsa principe editione, quae praesto non erat, usi sumus iterum impressa Patavii a. 1493, cuius exemplum suppeditavit bibliotheca ducalis Gothana.

Qui horum librorum omnium fons est Poggii exemplar primum in Italiam transmissum pro insigni viri arte et peritia Asconii verba reddidit saepe rectius ex codice Sangallensi excepta quam factum est in duobus sociorum apographis, saepe apte restituta; idem tamen et neglegentiae 'velociter' describentis[1]) et corrigentis licentiae manifesta vestigia praebuit plurima. Nec dubium est, quin Poggius librum priusquam amicis Italis mitteret, denuo pertractarit et recognoverit maximeque supplementa illa lacunarum addiderit, quorum parte iam Bartolomaeus de Montepoliciano usus est. Etiam notas quasdam, quas complura exempla in commento orationis in toga candida adscriptas in margine habent, ipse Poggius inter scribendum adiecisse videri potest[2]).

Ceterum librorum mss. quorum modo conspectum egimus nullus Poggii manum integram repraesentat ita, ut eum solum testem sequi exclusis ceteris liceat. Nam de codice M a t r i t e n s i incertum iudicium: quem cum magni sane pretii esse ipsa Asconii cum Valerio Flacco simul

---

me A. Iu. transscripta ac Venetiis per Johannem de Colonia sociumque eius Johannem Manthen de Gerretzem impressa.

[1]) V. p. XXVIII. Huc pertinet omissum in Poggianis omnibus scholion interpretis antiqui satis eruditi, de quo cf. p. XXI, de dispositione Cornelianae (p. 54 sq.); alia notavit Kiessling l. c. p. 7 sqq.

[2]) Exhibemus eas ex cod. *Pb* exscriptas: ad p. 76, 10 ed. nostrae '*cicero in quadam ad atticum epistola scribit de catiline defensione quam facere cogitabat*'. deinde ad p. 78, 6 '*Vincis me. Itaque puto non defendisse sed tantum de defendendo cogitasse, quod per epistolam negari non potest.*' Ex hac altera nota supplementum inter ipsa Asconii verba importune insertum Hotoman evolgavit, repetierunt qui eum secuti sunt editores ante Baiterum omnes. de quo cf. Madvig p. 49; Rau *var. lect.* I p. 144.

invento coniunctione probatur, tum primarium auctorem, immo unicum Poggianae lectionis confidenter praedicaremus, modo 'ex libris Poggii' eum fuisse certo indicio firmaretur ac non uno testimonio hominis in isto studiorum genere parum versati, forsitan errore sat proclivi ducti. Ex eis autem, quibus nos usi sumus, diligentior ceteris interpres habendus est Lugdunensis, etsi ne ipse quidem ab interpolatoris vestigiis plane immunis[1]): qui haud raro solus ex Poggianis cum *S* et *M* sive utroque sive alterutro consentit[2]); est etiam ubi unus veram lectionem praebeat incertum servatam an revocatam (ut 27, 9 *T. numatius* pro ceterorum *l. numatius*). Proximus illi est Laurentianus, a scripturis ex Cicerone substitutis solus omnino vacuus, ut appareat eas ab ipso Poggio profectas non esse. Contra codex societatis Columbariae exemplorum interpolatorum agmen ducit: sequuntur aliquanto deteriores Gothanus et Guelferbytanus. Medium locum inter melioris notae libros et interpolatos obtinet editio princeps.

Huius editionis apparatus

Nos, tametsi in universum quid ubique Poggius dederit abunde definiri potest, quo amplior lectoribus ipsis iudicandi copia fieret, scripturae varietatem apposuimus codicum *a* et *b* fere integram, codicum *c g l*, item editionis principis (*ω*) selectam. Neque eorum quae Sozomeni aut Bartolomaei apographo propria sunt quidquam praetermittere fas erat in ea editione, quae prima uberiorem

[1]) Praeter Ciceronianos locos notatos p. XXXIII n. 2 unum repperimus manifestae interpolationis exemplum 1, 15 *quare ante uocatus* (idem habet cod. Guelferbyt. in correctione).

[2]) Cum *SM* habet lacunam 3, 9. *in* om. 37, 13. *hic enim* 60, 1. *accessisse* 66, 10 (ante corr.). — Cum *S* lacunam pro *cum* 5, 15. *tu* 10, 5. *delectus* 29, 26. *iudicissimus* 35, 27. *aditus* om. 36, 2. *ciessennio* 49, 14. *indemnans* 36, 14 (ante corr.). *docere . . .* 66, 10 (ante corr.). *despexit* 75, 21 (ante corr.) — Cum *M* lacunam post *luctu* 4, 10 (id. Graevii ms.). *factum neque superioris hisdem* 21, 11. *ut in* 24, 2. *eaque* 36, 17. *largitur* 39, 13. *p. clodio* 41, 5 (id. *Pa* corr.). *ne tum* 46, 25. *exemplum* 52, 25. *principium* 54, 9. *significant* 59, 9. *urebus* 66, 13. — 60, 17 post *gessit ac* lacuna est, quam inter *gessit* et *ac* indicavit *M*. (Addimus in Lugdunensi legi 47, 14 *matrimonium;* 57, 18 *pater* pro *p̃r.;* 64, 10 *una modo;* 70, 8 *quam;* 80, 10 *sedit autem;* 13 *ei ũr;* 81, 17 *dominatus.*)

fontium memoriam propositura esset[1]). Quamquam ex trium testium vel consensu vel dissensu rationibus subductis, quid illi archetypo communi, quid sibi quisque debeant, nullo negotio plerumque discernitur: ut iam, quod antiquissimum est, ipsius Sangallensis imago vera atque certa recuperata dici possit.

Emendatio A fundamento recte substructo quantopere omnis idonea emendatio apta sit, nullius opinamur scriptoris exemplo certius doceri quam Asconii. In quo tractando per tria saecula et dimidium, quamdiu in instrumentis dumtaxat studiorum Ciceronianorum censebatur, admodum exiguo cum fructu versati sunt editores: qui lectionem volgatam ex primis editionibus repetitam tumultuaria opera corrigere atque adeo corrumpere quam recensionem constanter ad unici libri vestigia dirigere mallent. Unum excipimus P. Manutium (ed. Ven. 1547. 1553. 1563), qui licet de lectionis fonte et ipse nimium securus tamen — ut erat vir multiplicis doctrinae et singularis ingenii acuminis —, plurimis mendis egregie medelam adhibuit. Nam de Hotomaniana quae multis imposuit recognitione (Lugd. 1551) quid rei esset, acerbus idem et iustus existimator Madvig abunde exposuit. Idem Madvig primus viam, qua sola salutaris emendatio procedere posset, non aperuit modo, verum gravissimo exemplo munivit locis innumeris feliciter restitutis: ut virum summum Asconii sospitatorem hoc quoque nomine merito praedicemus. Hinc Baiterus in scholiastarum Ciceronis corpore (Cic. opp. ed. Turic. t. V p. 2. 1833) Asconium edidit ad fidem unius editionis principis religiose recognitum, amplo apparatu instructum lectionum farraginis ex octo editionibus congestae. Madvigii coniecturas et adnotationes, item quae in aliorum

---

[1]) Nisi quod orthographica notare supersedimus, ut *G.* et *GN.* praenomina in *S* constanter, *set* fere constanter scriptum, *calphurnia, Mitridaticus, Grachus, Cymbri, pernitiosus, maestatis, autor* etc., item compendia varie exarata, ut *cos., cons., coss., conss.; tr. pl., trib. pl., tribunus pl.; r. p., resp., res pũº; quir.* v. *q̃r.* al.: quemadmodum vel contra codices tacite dedimus *contio, solacium, Volcacius* (quae forma unice vera etiam p. 24, 24 reducenda est), genetivos *Clodi, Manili,* similia.

virorum doctorum scriptis data occasione ad hunc scriptorem emendandum collata repperit, diligenter in censum vocavit[1]); pauca ipse sobrio usus iudicio aut de suo correxit aut ab Orellio laboris socio subministrata recepit. In 'Analectis', quod supplementum editionis idem in tertio volumine onomastici Tulliani (p. 306—343) a. 1838 exhibuit, praeter scripturas ad partem Asconii ex quinque codicibus excerptas et notulas quasdam Jacobsii, Orellii, Sauppii insertas ea repetenda curavit quae Sebaldus Jan. Everardus Rau in libro *variarum lectionum ad Ciceronis orationes* (vol. I. Lugd. 1834) bonae frugis plenissimo de multis locis Asconii disputaverat. In copiis a Turicensibus conquisitis acquieverunt recentiores: e quibus plures per studiorum occasionem locos Asconii maxime ex comm. in Milonianam petitos attigerunt: dedita opera unus S. H. Rinkes *de Q. Asconii Pediani in Ciceronis orationes commentariis emendandis* egit disquisitione docta et acuta inserta Mnemosynae Batavae vol. X (199 sqq.) et XI (181 sqq.) a. 1861. 62.

Ipsi iam subsidiis rei criticae omnibus studiose comparatis hoc propositum habuimus, ut scriptorem non Ciceronis, sed suo nomine qui legatur dignissimum, purae Latinitatis locupletem auctorem et *quem prope castissimum in dicendo possumus appellare*[2]), eundem autem in codice unico mirum quantum deformatum, quod eius fieri posset, sui similem redderemus. Quodsi contigerit, ut iam multo quam antea integrior multoque expeditior procedat oratio Asconiana: istius meriti pars maxima redit ad propensum et efficax trium virorum quo usi sumus adiumentum. Nam N. MADVIG ubi de huius editionis consilio

---

[1]) Postea demum innotuerunt pretiosae aliquot Jo. Fred. Gronovii coniecturae in Asconium, praesertim in comm. Cornelianae et or. in toga candida, adscriptae marginibus ed. Lugd. 1551 et Colon. 1578, quas publici iuris fecit Rinkes in Mnemos. vol. XI p. 191 sq. — Petri Danielis et aliorum notulas quasdam exigui sane pretii ex marginibus editionum duarum quas bibliotheca Bernensis servat exscriptas H. Hagen comiter nobis transmisit.

[2]) C. Sigonii verba sunt *emendatt.* t. II in. (p. 427 ed. Francof. 1604).

certior factus est, nostra causa Asconium iterum totum perlegit atque spicilegium novum emendationum vere aureum per litteras nobiscum communicavit. TH. MOMMSEN autem saepe de difficilioribus locis aut conclamatis a nobis consultus neque voluntate sua neque ingenii ubertate carere nos unquam voluit: idem libelli dum prelo subicitur plagulas relegens de plurimorum locorum recta emendatione opportune nos commonefecit. Pariter FR. BVECHELER folia ante quam prelum relinquerent ipsi transmissa curiose perlustravit multasque coniecturas cum certas tum probabiles, ex parte plane egregias, nostrum in usum in margine adnotavit. His igitur viris quantum debeamus debeatque Asconius iam proditurus, grato animo et ipsi agnoscimus et speramus agnituros, si qui sat commode lectum iri scriptorem nobilissimum nobiscum gaudent.

Gryphiae et Jenae m. Dec. a. 1874.

A. Kiessling. R. Schoell.

ADDENDA ET EMENDANDA

p. 1, 13 quoque *iam Orelli coni. onom. Tull. III p. 312.*
3, 20 *v. praef. p. XXVI.*
3, *mg. inf.* 2 *scr.* hinc *Pal* (*pro* habere *etiam 5, 18* hinc *est in Pl; p. 147, 7 Bait.* hunc *in S: error ortus ex nota* hīc̄ *pro* hre̅).
4, 1 sq. *fort. rectius Mommsen scrib. proponit* Hoc quoque ⟨quod⟩ dicit civitatem fuisse Placentiam, ab eadem persuasione ponit municipium fuisse.
9 sq. *eodem viam monstrante ita fere restituenda videntur:* Lautiorem ⟨igitur et tu et⟩ pater tuus socerum quam C. Piso ⟨invenistis. iam⟩ in illo luctu (finito illo luctu *Mommsen*) nonne ei filiam meam collocavi, quem ego, ⟨licet mihi⟩ potestas tum e. q. s.
16 *l.* Caesonini (*Mommsen*).
mg. inf. 6 *corr.* adaccitus *P.*
5, 13 sq. *cf. praef. p. XXVI.* — 18 *mg. inter. l.* in Catil. I 4.
6, 5 *scribendum* ante *cf. p. 57, 20. 78, 13. 79, 28.*
ib. 22 ea opificum erant *nuper coni. Cohn 'zum röm. Vereinsrecht' (Berol. 1873) p. 40 n. 62; parum probabiliter.*
9, 23 direpta primum *del. Mommsen.*
10, 18 *l.* sicut iam saepe significavi, tum fuit praetor (*Mommsen*).
13, 22 ne sumptui esset ratio *Mommsen coll. Diodor. p. 610. Cic. ad Att. V, 17.*
14, 8 *mg. inter. corr.* u. c. 685.
16, 15 *corr.* cetera.
18, 18 *l.* anquirente (*Mommsen*).
20, 1 *codicis* anno LXXII *defenditur simili usu C. I. L. I elog. 32* 'Marius — post LXX annum patria . . . expulsus'.
22, 12 *scr.* P. Sulpicio?
23, 13 *scribendum aut* duos eo tempore fuisse et praenomine et nomine cognomines Dolabellas *aut, quod magis placet,* duos eo tempore eodem fuisse et pr. e. q. s. *cf. p. 65, 25. Similis corruptela Schol. Bob. p. 283, 16.*
24, 24 *corr.* Volcacius.
25, 8 *scr.* L. Paulus?
ib. 25 repetierat *Cobet Mnem. XI p. 221; recte.*
26, 2 *utique requiritur* Hanc ⟨orationem⟩ dixit.
28, 13 saucii, aut latebant *A. Eberhard (Ciceronis oratt. sel. XVIII p. 462).*
ib. mg. inf. v. extr. calcatum *iam Petrus Daniel coni.*

30, 14 *an leg.* Catonem (*cf. Cic. ep. ad fam. 15, 4, 12*)?
ib. 23 eius: etiam *Eberhard.*
ib. 25 Olipore? (*Mommsen.*)
31, *mg. inf.* 1 milonis *iam Pl mg.*
ib. 4 *corr.* lucillium *MPbl.*
34, 27 *scr.* obtigisset *s.* obuenisset (*cf. Coll. legum Mos. et Rom. 1, 3, 1*).
34, *mg. inf.* 5 *corr.* tribunale *C.*
36, 20 ad caedem *Jacobs coniecerat* (*cf. Baiteri anal. p. 328*).
mg. inf. 4 *pro* l[1] *et* l[2] *scr.* l *et* l mg.
39, 3 curiosius aetati] *cf. praef. p. XI.*
40, 27 *l.* intulisse *ut p. 29, 3.*
41, 25 *l.* L. Flavium?
42, *mg. inf.* 4 *corr.* repetente *MPalω* repente *SPb.*
ib. 7 *del. vv.* 11 et: etiam?
43, 3 *l.* dicit.
ib. mg. inf. 5 *scr.* quod die *MPlω.*
45, *mg. inf.* 1 ruffus *corr. Pl*[2].
ib. 5 ter consul *etiam Pl.*
47, 15 *l.* inveni.
48, *mg. inf.* 1 verti a rep. *prop. Gronov.*
49, 4 *aut* M. Considium *scribendum, si Borghesium sequimur* (*opp. II 151*), *aut* C. Considium *quem intellegit Mommsen* (*Staatsrecht II 1 p. 548 n. 1*).
50, *mg. inf.* 10 Sigonius] *scr.* Hotoman.
53, 18 sed] igitur?
54, *mg. inf.* 13 Cominii *iam Gronov coni.*
56, *mg. inf.* 12 *corr.* iurauit (*sine punctis*).
60, *mg. inf.* 13 *corr.* alterum, quae *volgo.*
61, 25 *l.* Cethegi.
66, *mg. inf.* 11 *pro* res *Gronov coni.* scis.
68, 17 *mg. inter. add.* [Liv. 2, 33].
69, *mg. inf.* 3 quae] *corr.* qua.
70, *mg. inf.* 5 *corr.* in *M.*
71, 25 *pro* bellum, *quod iam Manutius scripsit, praestat* rem *reponere cum Baitero cf. 69, 24. 11, 3.*
76, 14 sua *forte del.*
80, 26 *pro* fuit *aut* sit *aut* est *reponendum cf. praef. p. X.*
83, *mg. inf.* 3 prauus civis (*pro* auus suus) *Valer. Vonck obss. misc.* (*Trai. ad Rh. 1744*) *p. 85.*
84, *mg. inf.* 2 *corr.* per erudius *MP.*
ib. 4 *corr.* esse *M.*

Q. ASCONII PEDIANI

ORATIONVM CICERONIS QVINQVE

ENARRATIO

Baiter. ag. 1

IN SENATU CONTRA L. PISONEM

Hotom. [119]

Haec oratio dicta est Cn. Pompeio Magno II. M. . c. 699 Crasso II. coss. ante paucos dies quam Cn. Pompeius ludos faceret, quibus theatrum a se factum dedicavit. Hoc intellegi ex ipsius Ciceronis verbis potest, quae in hac oratione posuit. [27,65] Dixit enim sic: I n s t a n t p o s t h o m i n u m m e m o r i a m a p p a r a t i s s i m i m a g n i f i c e n t i s s i m i q u e l u d i. *Tiro* quidem posuit hanc inter eas orationes quas dixit Cicero . c. 700 L. Domitio Appio Claudio coss. ultimam. Sed ut ego ab eo dissentiam facit primum, quod Piso reversus est ex provincia Pompeio et Crasso consulibus, Gabinius Domitio et 2 Appio: hanc autem orationem | dictam ante Gabini reditum ex ipsa manifestum est. Deinde magis quoque naturale est, ut Piso recenti reditu invectus sit in Ciceronem responderitque insectationi eius, qua revocatus erat ex provincia, quam post anni intervallum. Apparet autem Ciceronem respondisse Pisoni. In summa, cum dicat in ipsa oratione Cicero instare magnificentissimos apparatissimosque ludos, non video quomodo hoc magis Domitio et Appio coss. dictum sit, quibus consulibus nulli notabiliores ludi fuerunt, quam Pompeio et Crasso, quo anno Pompeius exquisitissimis magnificentissimisque omnis generis ludis theatrum dedicavit.

---

1 IN SENATV CONTRA L. PISONEM *S*: Q. ASCONII · EPEDIANI · ĪSENATV · CONT̃ · PISONẼ *M* Q. A. PEDIANVS (Q. ASCONII PEDIANI *Pa*) IN SENATV CONTRA (IN *Pb cf. p. 2, 14*) L · PISONEM *P* || 3 carso *M* || coss ... . ante *M* || 5 ex: et *M ut passim* || uerbis *om. S* || 7 apparitissimi *M* apertissimi *S* || *Tiro (*possis etiam* Nepos): . . . . . (Fenestella *ω*) *C* || 9 habeo *SM* || 11 Gabinus *SPω* || 13 *magis quod (quod magis *Pb*) *C* || 14 ut: in *C* || Piso *Rinkes Mnemos. X p. 200, Madvig adv. crit. I p. 145:* ipso *C* || 15 insectioni *S* || 17 in summa: in senatu *Pabg²* || dicat in: dicens (diceret *Pabg*) *C* || instare . . . . magnificentissimos *Pcω* || 19 domio *M* || 20 Pompei et Crassi *C* || 21 magnificentissimis *Pab*

Argumentum orationis huius breve admodum est. Nam [120] cum revocati essent ex provinciis Piso et Gabinius sententia Ciceronis, quam dixerat de provinciis consularibus Lentulo et Philippo consulibus, reversus in civitatem Piso de insecta- u. c. 698 tione Ciceronis in senatu conquestus est et in eum invectus, fiducia maxime Caesaris generi, qui tum Gallias obtinebat. Pisoni Cicero respondit hac oratione.

ENARRATIO

CIRCA VERS. A PRIMO * * *

Quod minimum specimen in te ingenii? Ingenii autem? immo ingenui hominis ac liberi: qui colore ipso patriam aspernaris, oratione genus, moribus nomen.

Tametsi haec oratio sic inscribitur: In L. Pisonem; tamen non puto | vos ignorare hunc Pisonem ex ea familia 3 esse, quae Frugi appellata sit: et ideo dicit aspernari eum moribus nomen.

CIRCA VERS. LXXX

Hoc non ad contemnendam Placentiam pertinet, unde se is ortum gloriari solet: neque enim hoc mea natura fert, nec municipii, praesertim de me optime meriti, dignitas patitur.

Magnopere me haesitare confiteor, quid sit quare Cicero Placentiam municipium esse dicat. Video enim in annalibus eorum, qui Punicum bellum secundum scripserunt, tradi Placentiam coloniam deductam pridie Kal. Iun. primo anno eius belli, ⟨*P.*⟩ Cornelio Scipione, patre Africani prioris, Ti. Sempronio Longo coss. Neque illud dici potest, sic u. c. 5[illegible] eam coloniam esse deductam, quemadmodum post plures aetates Cn. Pompeius Strabo, pater Cn. Pompeii Magni,

---

1 ARGVMENTVM *inscr. P* || huius orationis *Pacω* || 2 Gabinus *SPc* Gabinis *Pω* || 5 consecutus *S* || 9 *om. SM* || 10 specimen: specimen cin *M* speciē eñ *S* || *alterum* ingenii *om. S* || 11 ingenii S^1 || libere *S* || colore *Ald.:* colorore *C* || 15 non: hoc *Hotomann* || 16 cū *M* || 18 *om. SM* || 20 his *SM* || 21 haec *Pcω* || 26 Iun. *Madvig:* Ian. *C* || 27 P. *om. C* || patre Africani prioris (priores *M*) *suspecta* || 28 Ti: T. *MP* tenti *S*

Transpadanas colonias deduxerit. Pompeius enim non novis colonis eas constituit, sed veteribus incolis manentibus ius [121] dedit Latii, ut possent habere ius quod ceterae Latinae coloniae, id est ut gerendo magistratus civitatem Romanam adipiscerentur. Placentiam autem sex milia hominum novi coloni deducti sunt, in quibus equites ducenti. Deducendi fuit causa, ut opponerentur Gallis, qui eam partem Italiae tenebant. Deduxerunt III viri P. Cornelius Asina, P. Papirius Maso, Cn. Cornelius Scipio. Eamque coloniam LIII.....
4 deductam esse invenimus: | deducta est autem Latina. Duo porro genera earum coloniarum, quae a populo Romano deductae sunt, fuerunt † itaque aliae Latinorum essent. De se autem optime meritos Placentinos ait, quod illi quoque honoratissima decreta erga Ciceronem fecerunt certaveruntque in ea re cum tota Italia, cum de reditu eius actum est.

PAULO POST

de avo Pisonis materno:

Hic cum a domo *profectus* Placentiae forte consedisset paucis *post annis* in eam civitatem (nam tum erat *civitas*) ascendit. Prius enim Gallus, dein Gallicanus *fuit, ad* extremum Placentinus haberi *coeptus* est.

---

1 transpadanos *Pcω* || colonias *S* colonia *M* || deduxerit *Manutius:* deduxerat *C* || 2 ea *C* || 3 habere: hinc *Pa* hanc *Pl* || ut possiderent ius *Niebuhr Hist. rom. II adn. 161* ut post haberent ius *Mommsen lex Salpens. p. 404 n 35* || 4 gerendo *A. Augustinus:* petendi *MP* peti *S,* per mag. *Buecheler* petendis magistratibus *Niebuhr l. c.* || 5 placentia *MP* || 6 *ducenti: ducendi *S om. MP* || 7 fuit: sunt *M* || 8 triumuiri *MP* || 9 maso gn. pompeius gn. cornelius *MP; Cn. Pompeii nomen, quod spurium esse viderunt Perizonius et Madvig, om. S Pg; Cn. Cornelii Scipionis quoque nomen suspectum: requiritur* C. Lutatius *cf. Liv. 21, 25* || LIII *sine hiatu P* || deducta messe (me messe *M* inesse *Pω*) *SMPl*[1]*ω* || 12 itaque *om. M* || fuerunt ut Quiritium aliae, aliae Latinorum *Baiter,* fuerunt ita ut aliae civium Romanorum aliae Lat. *Savigny Scr. min. I p. 37* || 14 fuerunt *S* || certauerantque *MPb*[2]*cω* || 15 redetu *M* || 15 *sq.* de re ...... actum est paulo post de *S* || 16 paulo post *om. in hiatu 12 litt. M* || 18 *ad om ... ... Plac. *C* || forte *M:* foret *SP* || consedisset: consedit et *C* || 19 pauci .... in *C, suppl. Manutius* || 20 civitas: .... *C* || *gallica .... extremus *C (hiatum om. M)* || 20 extremo Semiplacentinus *volgo* || coeptus: .... *C*

Hoc quod dicit civitatem fuisse *Placentiam,* ab eadem persuasione ponit ** municipium fuisse. Avum autem *maternum* Pisonis primo Gallum fuisse ideo ait, quod venisse eum in Italiam dicit trans Alpis, *dein Gallicanum,* quod in Italia consederit, Placenti*num denique,* postquam adscitus sit a Placenti*nis. Sed Pisonis* avus multo post ea tempora fuit, quibus Placentia colonia est deducta.

CIRCA VERS. A PRIMO * * *

Lautiorem .... pater tuus socerum quam C. Piso .... in illo luctu non enim filiam meam collocavi, quem ego .... potestas tum om-
[122] nium fuisset, unum potissimum delegissem.

Quis fuerit socer Pisonis patris ipse supra dixit his verbis: Insuber quidam fuit, idem mercator et praeco: is cum Romam cum filia venisset, adulescentem nobilem Caesoninum, hominis frugalissimi filium, ausus est appellare, — filiam collocavit. Calventium aiunt eum appellatum.

Ipsius Pisonis, contra quem haec oratio est, socerum Rutilium [Atilium] Nudum Fenestella tradit. Cicero filiam post mortem Pisonis generi P. Lentulo collocavit, apud quem illa ex partu decessit.

1 *quod: quoque *C* || *Placentiam: *hiatus 12 fere litt. C* || 2 *lacunam significavimus* (*f.* qua ante): Placentiam *MP, om. S* || *maternum: .... *S. om. MP* || 5 inuenisse *SM* || 4—6 *supplevit post Sigonium Buecheler* || 4 alpis .... *MP* alpis ...... *S* || consedent *SPω* || 5 place .... postquam *S* placentie ...... postquam *M, sine hiatu Pab* || adacitus *M* ad acciatus *S* || placenti .... *C* || 9 *hiatum om. S* || luctu .... *M* || enim: ei *Pbcgω* || 11 colloca ... *SPc* colloca *MPab* collocaui *Pgω* || 13 pater *C* || ipse *om. S* || 14 intuber *C* || idem: id est *ω* || 15 filio *C* || adulescentem hominem *S* || 16 Caesoninum *Manutius:* caesoniani (caesoniam *Pcω*) *C, delendum aut ante* Calventium *transponendum censet Madvig* || frugalissimi *Rinkes Mnem. X p. 204:* furacissimi *C,* fortissimi *Sigonius* ferocissimi *Baiter* || 17 eique filiam *Rinkes Mnem. X p. 206;* homini levi et subito filiam *ex Arusiano Messio p. 221 Kayser* || Caluentinum *MP* || aiunt: anē *M* || *verba* Calventium — appellatum *Ciceroni reddiderunt Rau var. lect. I p. 90, Madvig* || 19 ipsius *Madvig:* sepius *C* || 20 Atilium *del. Perizonius* || tradi *SM* || 21 Pisoni *M* || 22 discessit *S* discesit *M*

6 CIR. VER. A PRIMO CCLXX

(§ 4.) Ego in C. Rabirio perduellio*nis reo* XXXX annis ante me consulem interpositam senatus auctoritatem sustinui contra invidiam atque defendi.

Possit aliquis credere *errare* Ciceronem, quod dicat quadraginta annis factum esse, ut ex S. C. *arma ad*versus L. Appuleium Saturninum tribunum plebis sumerentur. C. enim Mario u. c. 654 L. *Valerio* coss. id senatum decrevisse; ⟨*qui*⟩ coss. *annis* ante consulatum Ciceronis *XXXVII fuerint.* Sed hic non subtilis computatio annorum facta est, verum summatim tempus comprehensum est, ut proinde *debeamus* accipere ac si dixerit: prope XXXX annis. Haec consuetudo in ipsis *orationibus est:* itaque idem Cicero in ea quoque quam habuit in Catilinam in senatu, cum octavus decimus dies esset post factum senatus consultum, ut viderent consules ne quid res publica detrimenti caperet, dixit vigesimum *in Catil. IV 4]* diem habere ⟨*se*⟩ S. C. tamquam * * *

CIR. VERS. A PRIMO CCC

(§. 6.) Ego cum in contione abiens magistratu

2 perduellionis reo *Pag ex Cicerone:* perduellio....... *SMPbcω* || 3 cos interposita.......... senatus (denatus *S*) *C* || 4 contra........ inuidiam *C* || 6 *errare: .... *C* || 7 annis: ..... *S* || ut *om. S* || *arma adversus: ...... uersus *MP* uersus *S* || apuleium *SMPbg* || 8 tribunum plebis: ..... plebis *S* num tr. pl.... plebis *M* || *numerentur *C* || 8—10 *cni ///// o // ıı .... coss ad senatum decre ///// eos .... ante consuetum ciceronis .... sed hic *S* C. enim Mario (ario *M*) Cn....... conss......... sed hic *MP* || 11 annorum: ..... *S* || tempus *om. SM* || 12 * proinde .... accipere (perinde acceperit *Pg*[1] *volg.*) *C*, perinde accipi debeat *Madvig* || 13 uixerit *C* || annis haec *MP* .... *S* || *ipsius *C* || 14 orationibus est *Baiter: om. in hiatu 7 (SPa) vel 16 (MPb) litt. C* || quoq. quam habuit *MP* quo ıı ..... *S* || 15 cum: ... *S* ait *Pabg* ait ...... *Pcω* itaque idem cicero ait...... *M* || 16 est *C* || *post: ... *S* posteaquam *PM* || facto *S om. Pb* || uideret *SM* || coss *uel* cons *PS* consul *M* || 18 diem: ...... *S* || se *add. Rinkes Mnemos. X p. 202.* || tamquam in vagina reconditum *Cicero l. l.* || 20 abien .... magistratu *S* abiens .... magistratum *M*

dicere a tribuno plebis prohiberer [ea], quae constitueram, cum is mihi tantummodo iurare permitteret, sine ulla dubitatione iuravi, rem p. atque hanc urbem mea unius opera esse salvam.

Diximus iam antea a Q. Metello Nepote tr. pl. Ciceronem consulatu abeuntem prohibitum esse contionari de rebus, 7
[123] quas in eo magistratu gessit.

CIR. VER. A PRIMO CCCXX

dicit de ludis Compitaliciis:

(§ 8.) Quos Q. Metellus [fieri vetuit] — facio iniuriam fortissimo viro mortuo, qui illum, cuius paucos pares haec civitas tulit, cum hac importuna belua conferam —, sed ille designatus consul, cum quidam tr. pl. suo auxilio magistros ludos contra S. C. facere iussisset, privatus fieri vetuit. — Tu cum ⟨*in*⟩ Kal. Ian. Compitaliorum dies incidisset, Sex. Clodium, qui nunquam ante praetextatus ⟨*fuisset*⟩, ludos facere et praetextatum volitare passus ⟨*es*⟩.

L. Iulio C. Marcio consulibus, quos et ipse Cicero supra u. c. 69
memoravit, senatus consulto collegia sublata sunt, quae adversus rem publicam videbantur esse † ea . . . . Solebant autem magistri collegiorum ludos facere, sicut magistri vicorum faciebant, Compitalicios praetextati, qui ludi sublatis collegiis dis|cussi sunt. Post VI deinde annos quam 8
sublata erant P. Clodius tr. pl. lege lata restituit collegia. Invidiam ergo et crimen restitutorum confert in Pisonem,

---

1 a tr. pl. dicere *P* a tr. pl. dicere a tribus plebis *M* || prohibere *SM* || ea *om. S* || 2 furare *S* || 3 rem p . . . . . *M* || 6 cos consulatu hñtem *S* (habeuntē *M* || contionā *S* || 10 quosque *SM* || fieri vetuit *del. Rau var. lect. I p. 91* || 13 sed ille designatus consul cum *Pag^2 ex Cicerone:* sic ille (sicilie *S*) desicco si cum (siccum *Pcω*) *C* || 14 magistros *Turnebus adv. 21, 15:* magis *S* magnos *PM* || 16 tu: tum *C* || in *om. C* || ianuarii *S* || 17 praetextato (pretestato *M*) ludos faceret et *C* || 18 pretestatū *M* || 19 es *om. C* || 20 iulii *S* || mario *C* || 22 ea . . . . *S* ea . . . . *MP; an* constituta? || 24 uicorum: ludorum *S* || 25 VI *Rinkes Mnem. X p. 208:* nouem *C;* quinque *Orelli, Rau var. lect. I p. 93* || 27 et crimen *om. S*

quod, cum consul esset, passus sit ante, quam lex ferretur, facere *Kal. Ianuar.* praetextatum ludos Sex. Clodium. Is fuit familiarissimus Clodii et operarum Clodianarum dux, quo auctore postea illato ab eis corpore Clodii curia cum eo incensa est. Quos ludos tunc quoque fieri prohibere temptavit L. Ninnius tr. pl. Ante biennium autem [ante] quam restituerentur collegia, Q. Metellus Celer consul designatus magistros [ludorum] ludos Compitalicios facere prohibuerat, ut Cicero tradit, quamvis auctore tribuno plebis fierent ludi; cuius tribuni nomen adhuc non inveni.

PAULO POST

(§ 9.) Ergo his fundamentis positis consulatus [124] tui, triduo post, inspectante te et tacente, a fatali portento prodigioque rei publicae lex Aelia et Fufia eversae sunt, propugnacula murique tranquillitatis atque otii; collegia, non ea solum, quae senatus sustulerat, restituta, sed innumerabilia quaedam ex omni faece urbis ac servitio concitata. Ab eodem homine in stupris inauditis nefariisque versato vetus illa magistra pudoris et modestiae censura sublata est.

.696 9 Diximus L. Pisone A. Gabinio coss. P. Clodium tr. pl. quattuor leges perniciosas populo Romano tulisse: annonariam, de qua Cicero mentionem hoc loco non facit (fuit enim summe popularis), ut frumentum populo, quod antea senis aeris ac trientibus in singulos modios dabatur, gratis daretur: alteram, ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de caelo servaret; propter quam rogationem ait legem Aeliam

---

1 sit: sic *M* || *Kal. Januar.: . . . . *C* || 2 praetextatum *om. M* || sex. proclium *S* Sex. cloelium *M* || 3 clodiarum *M* || 4 his *C* || duria *S* || 6 munius $Pb^2\omega$ Mummius *Pg* || ante *del. Manutius* || 7 Q.: que *M* || cos: eos *M* || 8 ludorum *del. Baiter* (uicorum *in mg. Pg*) || 9 actore *M* || 14 aeliae fusia *SM* aelia et fusia *P* || 15 eversae sunt *Pighius, Rinkes Mnem. X p. 210, Madvig Adv. crit. II p. 227:* euersa est *C, cf. Mommsen Staatsrecht I p. 34* || 17 tulerat *C* || 18 concita *S* || 19 ut stupris *C* || 21 censura *del. Rinkes l. c. 209* || 22 A: et *C* || 23 quattuos *M* || annonariam *Graevius:* annonianam *C* || 26 ac trientibus Pg^2*:* acirientibus *PM* a arientibus *S, cf. Mommsen trib. p. 182* || grauis *S* || 28 aliam et fusiam *SM* fusiam et aeliam *P*

et Fufiam, propugnacula et muros tranquillitatis atque otii, eversas esse; obnuntiatio enim qua perniciosis legibus resistebatur, quam Aelia lex confirmaverat, erat sublata: tertiam de collegiis restituendis novisque instituendis, quae ait ex servitiorum faece constituta: quartam, ne quem censores in senatu legendo praeterirent, neve qua ignominia afficerent, nisi qui apud eos accusatus et utriusque censoris sententia damnatus esset; hac ergo eius lege censuram, quae magistra pudoris et modestiae est, sublatam ait.

PAULO POST

(§ 11.) Persequere continentes his funeribus dies. Pro Aurelio tribunali, ne conivente quidem te, quod ipsum esset scelus, sed etiam hilarioribus oculis quam solitus eras intuente, dilectus servorum habebatur ab eo, qui nihil sibi
[125] umquam nec facere nec pati turpe duxit.

Profecto intellegitis P. Clodium significari.

CIR. VER. A PRIMO ⟨*DC*⟩

dicit de Castoris templo:

(§ 23.) Id autem templum sublato aditu, revolsis gradibus, a coniuratorum reliquiis atque Catilinae praevaricatore quondam, tum ultore, armis teneretur.

Catilinam lege repetundarum absolutum esse accusante P. Clodio iam supra dictum est.

2 eversas *Madvig:* euersa *C* || pernicis *M* || 4 nobisq; *M* || quam ait ex *P* quam ut (ĩ *S*) et *MS* || 5 constitutam *C* || 8 censura *S* || 9 ait *Manutius:* adit *SM* addit *P* || 11 continentes: connexos *Pag*[2] concurrentes *Pg*[1] || 12 tribuno *PM* tr. *S* || nec (ne *M*) an ueniente *MS* ne (nec *Pg*[1]*ω*) annuente *P* || 13 etiam iam *M* || 15 habebantur *S* || 16 dixit *S* || 17 intelligitis *Rinkes Mnemos. X p. 211:* intelligitur *C* || 18 *DC *om. C* || 20 remilsis *M* || 21 reliquis *C* || 22 catelinae *S* || tumultuarum is *C* || 23 tenetur *PM* || 24 catelinam *S* || C. reum lege *Rinkes Mnem. X p. 212* || 25 supra *om. P*

STATIM

Cum equites Romani relegarentur, viri boni lapidibus e foro pellerentur.

L. Lamiam a Gabinio consule edicto relegatum esse iam diximus.

CIR. VER. A PRINCIPIO DCXX

(§ 24.) Seplasia me*hercule*, te uti primum aspexit, Campanum consulem repudiavit.

Dictum est in dissuasione legis agrariae apud populum, plateam esse Capuae quae Seplasia appellatur, in qua unguentarii negotiari sint soliti. Ergo eos quoque qui in ea platea negotiarentur dicit invitos Pisonem vidisse, cum Capuam consul venit, quod eos, a quibus ille expulsus erat, adiuvisset.

CIR. VER. A PRIMO DCXL

(§ 26.) Ecquod in hac urbe maius umquam incendium fuit, cui non consul subvenerit? At tu illo ipso tempore apud socrum tuam, cuius domum ad meam exhauriendam patefeceras, sedebas.

Post profectionem ex urbe Ciceronis, bona eius P. Clodius publicavit; postquam direpta sunt omnia, quae aut in domo aut in villis fuerunt, et ex eis ad ipsos consules lata complura, domus direpta primum, deinde inflammata ac
11 diruta est. Socrus Pisonis quae fuerit, | invenire non

---

2 negarentur *M* necarentur *Pagl* rogarentur *S* uocarentur *Pb, om. Pcω* || 4 t. clamiam (elamiam *Pb*) *C* || edictū *M* || religatum *PM* || 6 VER. PRIM *P* || DCCC *S* || 7 selapsia *P* || he (me *Pb*) .... *C* me hercule ut dici audiebam te *Paω ex Cicerone* || ut *MP* || 10 capyae *S* || selapsia *P* || 12 negotiantur *S* || dicat *S* || capyam *S* || 13 ille: ipse *Buecheler* || 15 DCXX *C* || 16 et quod *C* || 17 subueniret *C* || et artu *M* || 18 illos ipsos *SM* || cui domum meam *C* || 19 et hauriendā *M* || 21 deportata *Buecheler* || 22 consules lata *Manutius*: collata *C* || 23 domū *S* domo' *M* || 24 duruta *M* durata *S; an* diruta pr. d. infl. ac deleta (*uel* dedicata *cf. p. 12, 20*) est?

potui, videlicet quod auctores rerum non perinde in domibus ac familiis feminarum, nisi illustrium, ac virorum nomina tradiderunt.

PAULO POST

(§ 27.) Ac ne tum quidem emersisti, lutulente Caesonine, e miserrimis naturae sordibus, cum
[126] experrecta tandem virtus celeriter et verum amicum et optime meritum civem et suum pristinum morem requisivit.

Profecto Cn. Pompeium significari intellegitis.

CIR. VER. A PRIMO DCCC

(§ 35.) De me cum omnes magistratus promulgassent praeter unum praetorem, a quo non fuit postulandum, fratrem inimici mei, praeterque duos de lapide emptos tribunos, legem comitiis centuriatis tulit P. Lentulus consul.

Frater ille inimici mei, id est P. Clodi, Ap. Claudius, sicut iam saepe ⟨*diximus*⟩ significatur, ⟨*qui*⟩ fuit praetor. Duos tribunos, de quibus ipsis quoque iam diximus, quos de lapide emptos ait, quia mercede id faciebant, Sex. Atilium Serranum et Q. Numerium significat.

CIR. MEDIUM

(§ 38. 39.) Appellatus est hic volturius illius provinciae, si dis placet, imperator. Ne tum quidem, Paule noster, tabellas cum laurea Romam mittere audebas?

Confido vos intellegere L. Paulum hunc significari, qui 12
fuit pater naturalis Africani posterioris, de Macedoniaque

---

1 potuit *SMpr* || 5 tu *S* || emerisisti *S* || 6 caesone *S* ceso *MP* || 7 et perrecta *M* || 10 intelligis *PM* || 12 omnis *P* an̄is *SM* || promulgasset *S* || 13 praetorem: pr et *M* pret *Pa* praeci *S* || non fit *S* || 14 *sq.* praeterque — inimici mei *om. S* || 18 *diximus significatur, qui: significabitur *C* significavimus *Manutius* || praetor *Orelli:* frater *C* || 19 queq; *M* q̄ q̄ *S* || 20 sed *SM* || statilium *C* || 21 et Q.: eq. ecq. *S* || numerum *SM* || 23 hic ueteris *C* || 24 sed displacet *M* || ne cum *S* || 25 lausea *SPcω* || 28 posterioris; is *Baiter* || Macedoniaque *Madvig adv. crit. II p. 245:* Macedonia atque *C*

ultimum et Perse rege triumphavit. Macedoniam autem Piso, in quem haec oratio est, obtinuit; propter quod Paulum eum appellat, irridens etiam, quod ibi rem non prospere gessit.

CIR. MEDIUM

(§ 44.) ⟨*M.*⟩ Marcellus, qui ter consul fuit, summa ⟨*virtute*⟩, pietate, gloria militari, periit in mari: qui tamen ob virtutem ⟨*in*⟩ gloria et laude vivit.

Fortasse quaeratis, quem dicat Marcellum. Fuit autem nepos M. Marcelli eius, qui bello Punico secundo Syracusas vicit et quinque consulatus adeptus est. Hic autem Marcellus, de quo Cicero dicit, naufragio ad ipsam Africam periit paulo ante coeptum bellum Punicum tertium. Idem cum statuas sibi ac patri itemque avo poneret in monumentis avi sui ad Honoris et Virtutis, decore subscripsit: TRES MARCELLI NOVIES COSS. ⟨*Fuit enim ipse ter consul,*⟩ avus quinquies, pater semel: itaque neque mentitus est et [127] apud imperitiores patris sui splendorem auxit.

CIR. VER. A NOV. DCCCC

(§ 52.) Me consequentibus diebus in ea ipsa domo, qua tu me expuleras, quam incenderas, pon-
13 tifices, consules, | patres ⟨*conscripti*⟩ collocarunt, mihique, quod antea nemini, pecunia publica aedificandam domum censuerunt.

Hoc Cicero oratorio more, non historico, videtur posuisse: nam multis aetatibus ante Ciceronem nulli id contigisse verum est, nemini vero umquam antea videamus ne parum caute dicat. Antiquis enim temporibus pluribus idem con-

---

1 et Perse rege *Madvig:* eius de rege (de rege eius *Pa*) *C* || 2 palam *M* || 3 etiam *Buecheler:* eum *C* || rem *Broukhus. ad Prop. IV, 6, 21:* se *C* || 5 M. *om. C* || 6 uirtute *Cic.: om. C* || perit *C* || 7 in *add. Cic.* || 9 stracusas *M* || 11 perit *SM* || 12 ceptum *C* || 13 item *SM* || 14 decore *Baiter:* decorē *C* aedem *volgo* || III *Manutius:* hi (hic *M*) *C* || 15 nonies *M* || cos *C, supplevit Buecheler* || 16 splendorem: gloriam *Pa* || 18 DCCCC *Buecheler:* DCCC *C* || 19 mi *S* || 20 incenderat *S* || 21 patres *MS:* pret *P* || conscripti *add. Cicero* || 22 pecuniam publicam ad aedif. *C* || 27 *dicamus *C*

tigit; nam ⟨*M.*⟩ Valerio Maximo, ut Antias tradidit, inter alios honores domus quoque publice aedificata est in Palatio, cuius exitus, quo magis insignis esset, in publicum versus declinaretur, hoc est, extra privatum aperiretur. Varronem autem tradere M. Valerio, quia Sabinos vicerat, aedes in Palatio tributas, Iulius Hyginus dicit in libro priore de viris claris, ⟨*et*⟩ P. Valerio Volesi filio Publicolae aedium pub*lice locum* sub Veliis, ubi nunc aedis Victoriae est, populum ex lege quam ipse tulerat concessisse. Tradunt et Antiochi regis filio obsidi domum publice aedificatam, inter quos Atticus in annali: quae postea dicitur Lucili poetae fuisse. Varro quoque in libro III. de vita populi Romani, quo loco refert, quam gratus fuerit erga bene meritos, dicit Mutinae, quod | in Sicilia cum equitatu suo transierat ad nos, civitatem Ro- 14
mae datam aedesque et pecuniam ex aerario. Videamus tamen, num ideo Cicero dicat sibi, quod antea nulli, domum pecunia publica ex aerario aedificatam, quia illis aut locus publice datus sit, aut domus, quae non fuerant eorum, propter illos publico sumptu aedificatae: Ciceroni domus, quae fuerat ipsius et diruta atque incensa erat et consecrata, publico sumptu aedificata sit: quod novum et huic primo et adhuc etiam soli contigit.

[128] CIR. VER. A NOVIS. DCCCXX

(§ 58.) O stultos Camillos, Curios, Fabricios, Calatinos, Scipiones, Marcellos, Maximos! o amentem Paulum, rusticum Marium, nullius consilii patres horum amborum consulum, qui triumpharunt!

1 *M. *om. C* || 3 esset et *C* || 5 Sabinos *Schwegler hist. rom. II p. 89 Buecheler:* saepius *C* || 6 L. hyginus (hyginius *M*, higinius *P*) *C, corr. Popma* || 7 et *add. Garatoni* || aedilium *S* || publice locum *Rinkes Mnem. X p. 202 cf. de harusp. resp. 8, 16:* repul . . . cum *S* repul . . . . cum *MP* || 8 *uelis *C* uelia *Pg corr.* || tibi *M* || 9 addunt *S* || Anthioco *Pg*[1], Antiocho Antiochi *Drakenb. ad Liv. per. 41* || 10 obsidem *S* || 11 in (ĩm *M*) annale (andale *S*) *C* || Lucilii *Manutius:* lucii (L. *S*) *C* || 13 murtine *M*[1] murrine *M*[2] *Pb*[1], Mutini *Manutius* || 18 fuerat *MP* || qua propter *C* || 19 illo *S* || ciceronis *C* (Ciceroni *Pg*) || 20 consecrato *S* || 21 aut adhuc *C; an* atque adhuc? || 24 furios *C* || 25 marcellum *SMPbcω* || maximo *M* || o amentem (åmentem *Pa*) *Pag*, amentem *Cicero*: so ornamentum *SPbcω* ornamentum *M* || 26 ruscium *C* || 27 auorum *C*

Diximus hanc orationem esse dictam Cn. Pompeio Magno II. M. Crasso II. coss. Pompeii pater bello Italico de Picentibus, M. Crassi pater P. Crassus ante bellum Italicum de Hispanis triumphavit.

CIR. VER. A NOV. DCLX

(§ 62.) Eadem cupiditate vir summo ingenio praeditus, ⟨*C.*⟩ Cotta, nullo certo hoste *flagravit.* Eorum neuter triumphavit, quod alteri illum honorem collega, alteri mors peremit.

Credo vos quaerere, et quis hic Cotta et quis ille col-
lega Crassi fuerit. Fuit autem C. Cotta orator ille compar
P. Sulpici, qui est in dialogis Ciceronis de Oratore scriptis.
Cum decretus illi esset triumphus, mortuus est ante diem
triumphi, cum cicatrix vulneris eius quod ante plures an-
nos in proelio acceperat rescissa esset repente. L. autem
Crasso collega fuit Q. Scaevola pontifex, qui cum animad-
verteret Crasso propter summam eius in re publica poten-
15 tiam ac digni|tatem senatum in decernendo triumpho grati-
ficari, non dubitavit rei publicae magis quam collegae habere
rationem ac ne fieret S. C. intercessit. [Sed] idem provinciam,
cuius cupiditate plerique etiam boni viri deliquerant, depo-
suerat, ne sumptui esset aerario.

STATIM

(§ 62.) Irrisa est a te paulo ante M. Pisonis cupiditas triumphandi, a qua te longe dixisti abhorrere: qui etiam si minus magnum bellum gesserat, istum honorem omittendum non putavit. Tu eruditior quam Piso.

---

1 pompeo *M* || 7 C. *om. C* || flagrauit *Pag ex Cic.:* ..... *SPb* ... . *M* || 9 edemit *M* ademit *P* || 11 o cocta *S* cotta *M* || 12 suspicii *M* || 13 ille *S* || 13—15 triumphus — rescissa esset *om. S* || 15 L. *om. PM* || 16 Q. *om. M* || 20 sed *del. Buecheler* || 21 plerisque *M* || *deliquebant *SP* delinquebant *M* || 22 aerario *Pg*[2] *Manutius:* oratio *C* || 28 tu *Pg ex Cic.:* puer *C* || Piso *Pg ex Cic.:* ipso *S* ipse *PM*

Quis hic M. Piso fuerit, credo vos ignorare. Fuit autem, ut puto iam nos dixisse, Pupius Piso eisdem temporibus quibus Cicero, sed tanto aetate maior, ut adulescentulum Ciceronem pater ad eum deduceret, quod in eo et antiquae vitae similitudo et multae erant litterae: orator quoque melior quam frequentior habitus est. Biennio tamen serius
[129] quam Cicero consul fuit; triumphavit procos. de Hispania, Q. Hortensio Q. Metello Cretico coss., ante Ciceronis consu- u. c. 6
latum.

⟨*PAVLO POST*⟩

(§ 65.) Instant post hominum memoriam apparatissimi magnificentissimique ludi, quales non modo numquam fuerunt, sed ne ⟨*quo*⟩ modo fieri quidem posthac possint, possum ullo pacto suspicari.

Cn. Pompeii ludos significat quibus theatrum a se factum dedicavit, quibus ludis elephantorum pugnam primus omnium dedit in Circo.

VER. A NOVIS. DLX 16

(§ 68.) Est quidam Graecus qui cum isto vivit, homo, vere ut dicam (sic enim cognovi) humanus, sed tamdiu, ⟨*quamdiu*⟩ aut cum aliis est aut ipse secum.

Philodemum significat, qui fuit Epicureus illa aetate nobilissimus, cuius et poëmata sunt lasciva.

CIR. VER. A NOVIS. CCCXX

(§ 82.) Quamquam, quod ad me attinet, numquam istam imminuam curam infitiando tibi. *Acciu 234*

Prope notius est quam ut indicandum sit, hunc versum esse L. Acci poëtae, et dici a Thyeste Atreo.

---

2 Pupius *Manutius:* P. *C* || 4 eo etiam quae *C* || 6 setius *S* || 7. 8 Q: que *M* 10 *PAVLO POST *om. C* || 13 unquam *P* || quo *om. C* || quidem fieri *P* || 14 possum: possunt *S* || 17 circa *M* || 18 A VISS *C* || 19 quidem *P* || 21 quamdiu *om. C* || 23 filio demum *SM* filodemum *P* || epicurreus *S* || 24 lasciuia *S* || 25 AN VOS *C* || 27 in faciendo *S* || 28 iudicandum *C*

CIR. VER. A NOVIS. CC

(§ 89.) Quod populari illi sacerdoti sexcentos ad bestias socios stipendiariosque misisti.

Manifestum est P. Clodium significari.

CIR. VER. A NOVIS. CXX

(§ 94.) Ecquid vides, ecquid sentis, lege iudiciaria lata, quos posthac iudices simus habituri?

Legem iudiciariam ante aliquot annos, quibus temporibus accusatus est Verres a Cicerone, tulit L. Aurelius Cotta praetor, qua communicata sunt iudicia senatui et equitibus Romanis et tribunis aerariis. Rursus deinde Pompeius in consulatu secundo, quo haec oratio dicta est, promulgavit, ut amplissimo ex censu ex centuriis aliter atque antea lecti iudices, aeque tamen ex illis tribus ordinibus, res iudicarent.

17 CIR. VER. A NOV. LXXXX

(§ 95.) L. Opimius eiectus patria est, qui et [130] post praeturam et consul maximis periculis rem publicam liberarat. Non in eo cui facta iniuria est, sed in eis qui fecerunt sceleris et conscientiae poena remansit.

Notum est Opimium in praetura Fregellas cepisse, quo facto visus est caeteros quoque nominis Latini socios male animatos repressisse, eundemque in consulatu Fulvium Flaccum consularem et C. Gracchum tribunicium oppressisse, ob quam invidiam postea iudicio circumventus est et in exilium actus.

---

1 NO *C* || 3 stipendiarios quoque (queque *Pb*) *SPbg* || 6 et quid (quod *M*) *C* || et quid (quis *Pa*) *C* || 7 quod *C* || post hic *M* || iudices *om. P* || sumus *P* || 9 est *om. S* || uerresa a *M* || L. *om. MP* || 10 preter quam *M* || 13 atque *SM:* que *P* || 14 rebus iudicaret *M* || 15 NVO *P* NIIO *S* || 16 pr̃io *S om. in hiatu 7 litt. M* || 18 eum (cum *M*) *C* || 19 sed meis *M* || 21 ex praetura *Rau var. lect. I p. 98* || coepisse *S* || 22 facto *Madvig:* pacto *C* || 23 repressisse ob quam inuidiam *S* || fulvium flaccum *om. S* || 24 grecum tribunitũ *M* || 25 potesta *M*

Q. ASCONI PEDIANI 18

PRO M. SCAURO

[131] Hanc quoque orationem eisdem consulibus dixit, quibus pro Vatinio, L. Domitio Ahenobarbo [et] Appio Claudio Pul- u. c. 7 chro coss. Summus iudicii dies fuit a. *d.* IIII. Nonas Septemb.

ARGUMENTUM HOC EST

M. Scaurus, M. Scauri filius qui princeps senatus fuit, vitricum habuit Syllam: quo victore et munifico in socios victoriae ita abstinens fuit, ut nihil neque donari sibi voluerit neque ab hasta emerit. Aedilitatem summa magnificentia gessit, adeo, ut in eius impensas opes suas absumpserit magnumque aes alienum contraxerit. Ex praetura provinciam Sardiniam obtinuit, in qua neque satis abstinenter se gessisse existimatus est et valde arroganter: quod genus morum in eo paternum videbatur, cum caetera industria nequaquam esset par. Erat | tamen aliquando inter patronos causarum et post- 19 quam ex provincia redierat, dixerat pro C. Catone, isque erat absolutus a. d. IIII. Nonas Quint. Ipse cum ad consulatus petitionem a. d. III. Kal. Quint. Romam redisset, querentibus de eo Sardis, a P. Valerio Triario, adulescente parato ad dicendum et notae industriae, filio eius, qui in Sardinia contra M. Lepidum arma tulerat et post in Asia legatus Pontoque L. Luculli fuerat, cum is bellum contra Mithri-

---

1-2 Ç ASCONI PEDIANI IN L · PISONEM Ç PRO M · SCAVRO *SPc om. M* || 4 batinio *S* || alieno barbo et appia *M* || *et *delevimus* || 5 a. d. *Beier:* a *C* || 8 uictricum *C* || 16 et *Madvig:* sed *C;* scilicet *Rinkes Mnem. X p. 212* || 17 co. catone *S* || 18 ad IIII *SM* ad III *P cf. Rau var. lect. I p. 99* || ipse: inde *Pab*[1] inde ipse *M* || 19 ad III *C* || Quinto *S* || 20 de quo *S* || Triario *om. S*

datem gereret, postulatus ⟨*est*⟩ apud M. Catonem praetorem repetundarum, ut in Actis scriptum est, pridie Nonas Quintil. post diem tertium quam ⟨*C.*⟩ Cato erat absolutus. Subscripserunt [132] Triario in Scaurum L. Marius L. f., ⟨*M.*⟩ et Q. Pacuvii fratres cognomine Claudi. Qui inquisitionis in Sardiniam itemque in Corsicam insulas dies tricenos acceperunt, neque profecti sunt ad inquirendum: cuius rei hanc causam reddebant, quod interea comitia consularia futura essent; timere ergo se, ne Scaurus ea pecunia, quam a sociis abstulisset, emeret consulatum et, sicut pater eius fecisset, ante quam de eo iudicari posset magistratum iniret ac rursus ante alias provincias spoliaret quam rationem prioris administrationis redderet. Scaurus summam fiduciam in paterni nominis dignitate, magnam in necessitudine Cn. Pompeii Magni reponebat. Habebat enim filium liberorum Cn. Pompeii fratrem: nam Tertiam, Scaevolae filiam, dimissam a Pompeio in matrimonium duxerat. M. Catonem autem, qui id iudicium, ut diximus, exercebat, metuebat admodum propter amicitiam, quae erat illi cum Triario: nam Flaminia, Triari mater, et ipse Triarius sororem Catonis Serviliam, quae mater M. Bruti fuit, familiariter diligebant; ea porro apud Catonem maternam obtinebat auctoritatem. Sed ei in iudicio neque Pompeius propensum adiutorium praebuit (videbatur enim apud animum eius non minus offensionis contraxisse, quod iudicium eius in Muciam crimine impudicitiae ab eo dimissam levius fecisse
20 existimaretur, cum eam ipse probasset, quam | gratiae adquisisse necessitudinis iure, quod ex eadem uterque liberos haberet), neque Cato ab aequitate ea, quae et vitam eius et magistratum illum decebat, quoquam deflexit. Post diem autem quartum quam postulatus erat Scaurus Faustus Sylla

1 est *add. Baiter* || 2 nonis quintio *SM* || 3 C. *add. Heinrich* || 4 in: m. *S* || Q. Marius *C* || M. *om. C* || pacuii *M* || 5 Claudi *Pg Manutius:* claudii *C* Caldi *Pighius, Buecheler coll. IRN 2451* || *inquisitiones *S* inquisitionem *MP* || 6 in *del. Beier* || corsicas *S* || 8 quoad *SM* || erant *MP* || erga *S* || 9 a Sardis *Buecheler* || consulatus *SM* || 11 inire *M* in re *S* || ante *MP:* in *S* || 12 spoliare *S* || ratione *M* || 13 p̃rem *M* || 14 necessitudinē *M, om. P* || 16 filium *SM* || 17 catone *M* || 19 triaria mater *C* || triarias *M* || 21 *diligebat *C* || 22 *sed et in *Pbg*[1] sed in et *S* sed in eo *Pag*[2] *ω* sed in *M* || 24 contradixisse *S* || 25 habeo *M*[1] || 28 quae: quam *C* || 29 quicquam *Buecheler* || 30 IIII *C*

tum quaestor, filius Syllae Felicis, frater ex eadem matre Scauri * * * * servus eius vulneratus prosiluit ex lecticis et questus est pro interempto esse competitoribus Scauri et ambulare cum CCC armatis seque, si necesse esset, vim vi repulsurum.

Defenderunt Scaurum sex patroni, cum ad id tempus raro quisquam pluribus quam quattuor uteretur: at post bella civilia ante legem Iuliam ad duodenos patronos est perventum. Fuerunt autem hi sex: P. Clodius Pulcher, M. Marcellus, M. Calidius, M. Cicero, M. Messala Niger, Q. Hortensius. Ipse quoque Scaurus dixit pro se ac magnopere iudices movit et squalore et lacrimis et aedilitatis effusae memoria ac favore populari ac praecipue paternae auctoritatis recordatione.

ENARRATIO
CIRCA VER. ⟨*A*⟩ PRIM. XXXX

(I. 1.) cum enumerat iudicia, quae pater Scauri expertus est:

S u b i i t e t i a m p o p u l i i u d i c i u m i n q u i r e n t e C n. D o m i t i o t r i b u n o p l e b i s.

Cn. Domitius, qui consul fuit cum ⟨*C.*⟩ Cassio, cum esset 21
tribunus plebis, iratus Scauro, quod eum in augurum collegium non cooptaverat, diem ei dixit apud populum et multam irrogavit, quod eius opera sacra multa populi Romani deminuta esse diceret. Crimini dabat sacra publica populi

---

1 et eandem *M* || 2 *lacunam indicavit Madvig, quam sic supplendam censet Halm* (*nunt. Monac. 1862 II p. 26*)*:* cum servus eius esset vulneratus, prosiluit ex lectica sua et questus est pro interempto esse relictum a competitoribus Scauri, et ambulare eos cum trecentis || quod seruus *Ambrosianus* servis eius vulneratis *Heinrich* || lecticiis (lecticus *M*) *C*, lectica *Pg Rinkes Mnem. X p. 213* lecticariis *Rau l. l. I p. 180* || 3 prope interemptum *Beroald.* || compeditoribus *S* || 4 necesset uiuum *S* || vi: in *M* || 6 defenderent *S* || sex: et *S* se et *M* || 7 at *Hotomann:* ac *C* || 8 ad: ante *SMPb*^{1}*ω* || 10 messalam ger *M* || 11 magno per iudices *S* iudices *om. in hiatu 5 litt. M* || moui *M* || 12 effusae *Heinrich:* effusa *C* || 13 recondatione *M* || 15 A *om. C* || 16 enumeraret *C* || 18 subit *C* || 20 Cn. *om. Paω* || C. *add. Manutius* || 21 collegio *SMPb* || 22 mulctam *SP* || 24 diminuta *P*

Romani deum Penatium, quae Lavini fierent, opera eius minus recte casteque fieri. Quo crimine absolutus est Scaurus quidem, sed ita, ut a tribus tribubus damnaretur, a XXXII absolveretur, et in his pauca puncta inter damnationem et absolutionem interessent.

IBIDEM

(2.) Reus est factus a Q. Servilio Caepione lege Servilia, cum iudicia penes equestrem ordinem essent et P. Rutilio damnato nemo tam inno- [134]
cens videretur, ut non timeret illa.

Q. Servilius Caepio Scaurum ob legationis Asiaticae invidiam [et] adversus leges pecuniarum captarum reum fecit repetundarum lege quam tulit Servilius Glaucia. Scaurus tanta fuit continentia animi et magnitudine, ut Caepionem contra reum detulerit et breviore die inquisitionis accepta effecerit, ut ille prior causam diceret; M. quoque Drusum tribunum plebis cohortatus sit, ut iudicia commutaret.

IBIDEM

(3.) Ab eodem etiam lege Varia custos ille rei publicae proditionis est in crimen vocatus: vexatus a Q. Vario tribuno plebis est non multo ante.

Italico bello exorto, cum ob sociis negatam civitatem nobilitas in invidia esset, Q. Varius tr. pl. legem tulit, ut quaereretur de iis, quorum ope consiliove socii contra populum Romanum arma sumpsissent. Tum Q. Caepio vetus inimicus Scauri sperans se invenisse sequestrem opprimendi eius egit, ut Q. Varius tribunus plebis belli concitati crimine

1 labini *SM* || fuerunt *C* || 3 et ita *Bake ap. Rau v. l. I p. 101* || XXXVII *PM* || 4 his *Buecheler:* eis *C* || damnatione *M* || 10 timere *SM* || 11 Q.: q̄ *SM* || asie *M* || 12 et *del. Mommsen* || rerum *SM* || 13 claudia gracchia *C* || 15 contrarium *C* || 17 sit: fuit *S* est *Mommsen* || 19 castos *C, corr. Pb* || reip: rlip *C* || 20 vexatus *om. S* || 21 est: erat *Halm nunt. monac. 1862 II p. 26* || multum *S* || 22 ab sociis *SMPb* || 23 in *om. S* || tr. pl. *om. S* || 24 his *MPb* || 25 sumpsisset *S* || cecio *S* || 26 se *om. MP* || *sequestrem: se (se se *M*) questionem *C,* occasionem *Manutius* || 27 egit *om. S* || uapius *S*

adesse apud se Scaurum iuberet annorum LXXII. Ille per viatorem accersitus, cum iam ex morbo male solveretur, dissuadentibus amicis, ne se in illa valitudine et aetate invidiae populi obiceret, innixus nobilissimis iuvenibus processit in forum, deinde accepto respondendi loco dixit: „Q. Varius Hispanus M. Scaurum principem senatus socios in arma ait convocasse; M. Scaurus princeps senatus negat; testis nemo est: utri vos, Quirites, convenit credere?“ Qua voce ita omnium commutavit animos, ut ab ipso etiam tribuno dimitteretur.

Dicit iterum de patre M. Scauri:

(4.) Non enim tantum admiratus sum ego illum virum, sicut omnes, sed etiam praecipue dilexi. Primus enim me flagrantem studio laudis in spem
[135] inpulit, posse virtute me sine praesidio fortunae
quo contendissem labore et constantia pervenire.

Possit aliquis quaerere, cur hoc dixerit Cicero, cum Scaurus patricius fuerit: quae generis claritas etiam inertes homines ad summos honores provexit. Verum Scaurus ita fuit patricius, ut tribus supra eum aetatibus iacuerit domus eius fortuna. Nam neque pater neque avus neque etiam proavus (ut puto, propter tenues opes et nullam vitae industriam) honores adepti sunt. Itaque Scauro aeque ac novo homini laborandum fuit.

(5.) Si, me hercule, iudices, pro L. Tubulo dicerem, quem unum ex omni memoria sceleratissi-
mum et audacissimum fuisse accepi|mus: tamen 23
non timerem, venenum hospiti aut convivae si diceretur cenanti ab illo datum, cui neque heres neque iratus fuisset.

L. hic Tubulus praetorius fuit aetate patrum Ciceronis. Is propter multa flagitia cum de exilio accersitus esset, ne in carcere necaretur, venenum bibit.

---

1 iubere *S* || * anno *C*, annorum *vel* aetatis anno *Buecheler* || 2 arcessitus *MPab* || *an* malo? || 5 uarrus *M* || 6 senatorem *S* senator *M* | conuocasset M^1 || 9 demicteretur *S* || 14 intulit *S*, *Pb ante corr.* || virtute me *Mommsen:* uirtutem *C* || 15 contendisset *Manutius* || laborare *S* || 17 caritas *C* || 20 nanque pater *S* || 22 ac: atque *S* || 24 me hercules *M* || tubulē *S* || 25 q̄; munum *M* q̄ in unum *S* || ex: et *MP* || 26 et audacissimum *om.* *S* || 29 non iratus fuisse *M* || 30 patris *Rinkes Mnem. X p. 213* || 31 arcessitus *MPab* || ne *P:* ut *SM* || 32 carcerem *MPalω*

CIRCA TERTIAM PARTEM A PRIMO

(II. 1.) *** audivimus; hoc vero meminimus ac paene vidimus, eiusdem stirpis et nominis P. Crassum, ne in manus incideret inimicorum, se ipsum interemisse.

Hic Crassus fuit pater Crassi eius, qui aemulus potentiae Cn. Pompeii fuit. Periit autem in dominatione L. Cinnae, cum ille et alios principes optimatum et collegam suum Cn. Octavium occidit.

[STATIM

(2.) Ac neque illius Crassi factum superioris [136]
iisdem honoribus usus, qui fortissimus in bellis fuisset, M'. Aquilius potuit imitari.

Haec verba quibus Cicero nunc utitur, ac neque, eam videntur habere naturam, ut semel poni non soleant; quia est coniunctio disiunctiva et semper postulat ut rursus inferatur neque, ut cum dicimus neque hoc neque illud. Quo autem casu acciderit quave ratione, ut hoc loco Cicero hoc verbo ita usus sit, praesertim cum adiecerit illam appositionem, ut non intulerit postea alterum, neque perspicere potui et attendendum esse valde puto: moveor enim merita viri auctoritate. Neque ignoro aliquando hoc verbum neque
24 vel semel | poni, ut in eadem hac oratione ante ipse Cicero posuit: Sic, inquam, se, iudices, res habet; neque hoc a me novum disputatur, sed quaesitum ab aliis est. Sed hoc loco et sine praepositione illius verbi videmus esse positum, et tamen quasi secundum aliquid inferri. Nam cum dixerit neque hoc a me novum disputatur, infert sed quaesitum ab aliis est.]

---

2 audimus *MP* || 4 supsum *S pr* || 7 perit *M* || 10 *sq. hanc adnotationem ab Asconio alienam esse viderunt Rau l. l. p. 103 et Madvig.* || 11 ne *S* || factu neq; superioris hisdem *M* || 13 M *C* || 14 eam: enim *S* || 15 simul *SM* || 16 et: sed *C* || inferat *S* || 17 et neque cum dicimus ut neque hoc *C* || 18 caū *M* || *verba* quaue — adiecerit *om. S* || 20 * non: nomen *C* || 23 vel semel: ut mel *S* || semel ..... poni *M* || 24 sed iudices *S* || 26 ut sine *C* || uideamus *C* || 27 quasi *Buecheler:* quo sit *C,* post *Manutius*

PAULO POST

(2.) Quid vero alterum Crassum temporibus eisdem — num aut clarissimi viri Iulii aut summo ingenio praeditus M. Antonius potuit imitari?

Hic alter Crassus idem est, de quo supra diximus. Alterum autem eum appellat, quia ante mentionem fecit P. Crassi, qui fuit pontifex maximus et bello Aristonici in Asia dedit operam, ut occideretur. Iulios autem cum dicit, duos Caesares fratres C. et L. significat: ex quibus Lucius et consul et praetor fuit, Gaius aedilicius quidem occisus est, sed tantum in civitate potuit, ut causa belli civilis contentio eius cum Sulpicio tr. ⟨*pl.*⟩ fuerit. Nam et sperabat et id agebat Caesar, ut omissa praetura consul fieret: cui cum primis temporibus iure Sulpicius resisteret, postea nimia contentione ad ferrum et ad arma processit. Idem inter primos temporis sui ora- [137] tores et tragicus poeta bonus admodum habitus est; huius sunt enim tragoediae, quae inscribuntur Iuli. Et hi autem Iulii et Antonius a | satellitibus Mari sunt occisi, cum Crassus, 25 ut supra diximus, eundem casum sua manu praevenisset.

CIR. MEDIUM

(33 *sq.*) Neque vero haec ipsa cotidiana res Appium Claudium illa humanitate et sapientia praeditum per se ipsa movisset, nisi hunc ⟨*C.*⟩ Claudi fratris sui competitorem fore putasset. Qui sive patricius sive plebeius esset (nondum enim certum constitutum erat), cum illo sibi contentionem fore putabat.

Fuerunt enim duae familiae Claudiae: earum quae Marcellorum appellata est plebeia, quae Pulchrorum patricia. Sed hoc loco urbane Cicero lusit in ⟨*C.*⟩ Claudium, cum quo

---

3 nam *C* || 7 pene max. *S* || asiam *C* || 8 iulius *S* || 10 pretor *C:* censor *Madvig* || C.: cum *S* || 11 causas *S* || 12 *pl. *om. C* || 13 ob omissa *S* ommissa *M* || 14 resistat *S* || et postea *SM* || 15 *verba* idem — bonus *om. S* || 17 inscribitur *M* || 23 C. *om. C* || 24 compeditorem *S pr.* comperitorem *M* || putasse *M* || 26 cestum *S* || illos *M* || 28 earumque *S* || 29 plebeiaque *M* plebeiaque et *P* || 30 C. *add. Rau l. l. p. 103*

in gratiam non redierat. Nam quia is P. Clodi erat frater, qui ex patricia in plebeiam familiam transierat per summam infamiam, ipsum quoque dubitare adhuc dixit.

26 POST DUAS PARTES ORATIONIS

dicit dein de Scauro quem defendit:

(45) Nam cum ex multis unus ei restaret Dolabella paternus inimicus, qui cum Q. Caepione propinquo suo contra Scaurum patrem [suum] subsignaverat: [ceteras] eas sibi inimicitias non susceptas sed relictas et cetera.

Ne forte erretis et eundem hunc Cn. Dolabellam putetis esse, in quem C. Caesaris orationes legitis, scire vos oportet duos eodem [tempore] fuisse et praenomine et nomine et cognomine Dolabellas. Horum igitur alterum [Dolabellam] Caesar accusavit nec damnavit; alterum M. Scaurus et accusavit et damnavit.

POST TRES PARTES ⟨*A*⟩ PRIMO [138]

quo loco defendit, quod tam magnificam domum Scaurus habet:

(45) Praesertim cum propinquitas et celebritas loci suspicionem desidiae tollat aut cupiditatis.

Demonstrasse vobis memini me hanc domum in ea parte
27 Palatii esse, quae, cum ab sacra via descenderis et per proximum vicum qui est a sinistra parte prodieris, posita est. Possidet eam nunc Largus Caecina, qui consul fuit cum Claudio. In huius domus atrio fuerunt quattuor columnae marmoreae insigni magnitudine, quae nunc esse in regia theatri

1 nam qui eius P. *Rau l. l. p. 105* || 2 patriā *M* || familia *M* || 3 ipsum *Madvig:* se *C; fratrem sequi d. a. dicitur Rau l. c.* || 5 dixit *C* || 6 dolobella *SP ubique* || 7 quicumque *S* || 8 suum *del. Halm l. l. p. 27.* || subsignaverat *Mommsen:* obsignauerat *C* || 9 ceteras *S* steteras (stateras *Pbω*) *MP,* literas *Beier, nos delevimus* || eas *del. Mommsen* || sibi *om. S* || 10 relictas *Beier:* relatas *C* || 11 erratis *MS*[1] || esse putetis *S* || 12 *an* legistis? || 13 tempore: *aut* tum *aut* tempore ⟨eodem⟩ *Baiter, nos delevimus* || 14 Dolabellam *del. Manutius* || 17 * A PRIMO: primo *C* || 20 propinquitā *M* || 21 cupiditas *M* || 24 proderis *C* || 25 posset (?) eam *S* || Largus *Lipsius ad Tac. Ann. XI 33:* longus (lognus *S* locus *ω*) *C* || cicina (cicinna *Pa* cecinna *Pbg*) *C*

Marcelli dicuntur. Usus erat iis aedilis (ut ipse quoque significat) in ornatu theatri, quod ad tempus perquam amplae magnitudinis [magne] fecerat.

VER. A NOV * * *

(45) Haec cum tu effugere non potuisses, contendes tamen et postulabis, ut M. Aemilius cum sua dignitate omni, cum patris memoria, cum avi gloria, sordidissimae vanissimae levissimae genti ac prope dicam pellitis testibus condonetur?

Avum hunc Scauri maternum significat L. Metellum pontificem maximum, quem postea nominat quoque. Nam paternus avus proavusque Scauri, *ut supra diximus*, humiles atque obscuri fuerunt.

VER. A NOVIS. CLX

(46) Undique mihi suppeditat quod pro M. Scauro dicam, quocunque non modo mens, verum etiam oculi inciderint. Curia illa vos de gravissimo principatu patris fortissimoque testatur; L. ipse | Metellus, avus huius, sanctissimos deos illo 28
constituisse templo videtur in vestro conspectu, iudices, ut salutem a vobis nepotis sui deprecarentur.

Castoris et Pollucis templum Metellus quem nominat refecerat.

Laudaverunt Scaurum consulares novem, L. Piso, L. Volcatius, Q. Metellus Nepos, M. Perpenna, L. Philippus, M.
[139] Cicero, Q. Hortensius, P. Servilius Isauricus pater, Cn. Pompeius Magnus. Horum magna pars per tabellas laudaverunt

---

1 macelli *M* || is *C* || 2 in: ut in *M* || *ampla *C* || 3 magnitudine *Pa* $b^2\omega$ || magne *del. Baiter,* magnifice *Beier* || 5 effigere *SM* efficere *Pg*² || 6 postulas *S* || 7 cura patris *S* || 8 leuissimae uanissimae *P, om. M* || 10 *nunc *C* || scaurum *S* || 11 quoque nominat *P* || maternus *S* || 12 Scauri *om. S* || **hiatum 12—15 litterarum habent SM, om. P; cf. p. 20, 20* || 17 inciderunt *Halm nunt. Monac. 1862 II p. 27* || de clarissimo patri *S* dignissimo *Pb ante corr.* || 19 sanctissimo illo (*om.* deos) *M* || 20 in templo *P* || 23 referat *C* || 24 scaurus *S* || pisono *M* || l. uol quintus *S* m. uol q. *P* m. uol uol q̄ *M, corr. Manutius* || 26 bisauricus pr. *C, corr. Manutius*

quia aberant: inter quos Pompeius quoque; nam quod erat pro cos. extra urbem morabatur. Unus praeterea adu-
29 lescens laudavit, frater eius, Faustus Corne|lius Syllae filius. Is in laudatione multa humiliter et cum lacrimis locutus non minus audientes permovit quam Scaurus ipse permoverat. Ad genua iudicum, cum sententiae ferrentur, bifariam se divisserunt qui pro eo rogabant: ab uno latere Scaurus ipse et M'. Glabrio, sororis filius, et Paulus et P. Lentulus, Lentuli Nigri flaminis filius, et L. Aemilius Buca filius et C. Memmius, Fausta natus, supplicaverunt; ex altera parte Sylla Faustus, frater Scauri, et T. Annius Milo, cui Fausta ante paucos menses nupserat dimissa a Memmio, et C. Peducaeus et C. Cato et M. Olenas Curtianus.

30 Sententias tulerunt senatores duo et XX, equites tres et XX, tribuni aerarii XXV: ex quibus damnaverunt senatores IIII, equites II, tribuni II.

Cato praetor cum vellet de accusatoribus in consilium mittere multique e populo manus in accusatores intenderent, cessit imperitae multitudini ac postero die in consilium de calumnia accusatorum misit. P. Triarius nullam gravem sententiam habuit; subscriptores eius M. et Q. Pacuvii fratres denas et L. Marius tres graves habuerunt.

Cato praetor iudicium, quia aestate agebatur, sine tunica exercuit campestri sub toga cinctus. In forum quoque sic descendebat iusque dicebat, idque reppererat ex vetere consuetudine, secundum quam et Romuli et Tati statuae in Capitolio et in rostris Camilli fuerunt togatae sine tunicis.

---

1 qui *C* || 2 procus *S*[1] || 4 similiter *SM* || 6 cum *om. S* || sed iusserunt *M* set uisserunt *S* || 8 M. *C* || Gabrio *S, Pb ante corr.* || filio *S* || P: L. *Manutius* || 9 flaminis *bis S* || Buca et (*om.* filius) *S* || 10 ex: et *M* || 11 C. (Gn. *S*) aronius limo *C, corr. Beier et Borghesi Opp. 4, 35* || 12 demissa *S* || C. *S:* T. *MP* || peduceius *M* || 13 Molena scortianus *C,* M. Laenas Curtianus *Madvig* M. Octavius Laenas Curtianus *Beier* || 14 due *M* || senatores IV et XX — tribuni aerarii XXII *Manutius, cf. Rinkes Mnem. X p. 213* || 17 preter *in mg.* c̄ pretor *S* preterea *MP* || 18 mitter: *M* || 19 imporite *M* || 20 *P.: C. *C, del. Rinkes l. c. 215* || sententia *M* || 21 et que Pacubii *SM* || 23 etate *S* a fratre *M* || 24 campestre *C* || 25 descendebat *Orelli:* descenderat *C* || et uetere *PM* || 26 *et Tati: etatis *C,* ac Tatii *Gronovius* || statuae *Pbgω:* capue *M* capyae *S* statuae capue *Pa*

[140] Hanc dixit Cn. Pompeio III cos. a. d. VI Id. April. u. c. 70
Quod iudicium cum ageretur, exercitum in foro et in omnibus templis quae circum forum sunt collocatum a Cn. Pompeio fuisse non tantum ex oratione et annalibus, sed etiam ex libro apparet qui Ciceronis nomine inscribitur de optimo genere oratorum. [4 § 10

ARGUMENTUM HOC EST

⟨*T.*⟩ Annius Milo et P. Plautius Hypsaeus et Q. Metellus Scipio consulatum petierunt non solum largitione palam profusa, sed etiam factionibus armatorum succincti. Miloni et Clodio summae erant inimicitiae, quod et Milo Ciceronis erat amicissimus in reducendoque eo enixe operam tr. pl. dederat, et P. Clodius restituto quoque Ciceroni erat infestissimus ideoque summe studebat Hypsaeo et Scipioni contra Milonem. Ac saepe inter se Milo et Clodius cum suis factionibus | Romae depugnaverant: et erant uterque audacia pa- 32
res, sed Milo pro melioribus partibus stabat. Praeterea in eundem annum consulatum Milo, Clodius praeturam petebat, quam debilem futuram consule Milone intellegebat. Deinde cum diu tracta essent comitia consularia perficique ob eas

1 PRO M. SCAURO FINIS INCIPIT PRO MILONE *SP* || 3 quid *M* || omnibus in *P* || 5 non *om. SprMPω* || ex ea ratione (oratione *Pb*) *C* || 6 describitur *S* || 9 T. *om. C* || Hypheus *S* hipseus *P* || 12 quod: q. d. *S* || Ciceroni *Baiter* || 13 tr. pl. *Rinkes Mnem. X p. 215:* rei p. *C* || 14 quoque *om. MP* (restitutoq. *Pc ante corr.*) || 15 studiebat *M* || 17 erant *Baiter:* erat *C* || audacie *M* || par *Pab* || 20 consul *M* || inde *Koechly* || 21 perferiq; *M*

ipsas perditas candidatorum contentiones non possent, et ob id mense Ianuario nulli dum neque consules neque praetores essent trahereturque dies eodem quo antea modo — dum Milo quam primum comitia confici vellet confideretque cum bonorum studiis, quod obsistebat Clodio, tum etiam populo propter effusas largitiones impensasque ludorum scaenicorum ac [141]
gladiatorii muneris maximas, in quas tria patrimonia effudisse eum Cicero significat; competitores eius trahere vellent, ideoque Pompeius gener Scipionis et T. Munatius tribunus plebis referri ad senatum de patriciis convocandis, qui interregem proderent, non essent passi, cum interregem prodere stata res esset —: a. d. XIII Kal. Febr. (Acta etenim magis sequenda et ipsam orationem, quae Actis congruit, puto quam Fenestellam, qui a. d. XIIII Kal. Febr. tradit) Milo Lanuvium, ex quo erat municipio et ubi tum dictator, profectus est ad flaminem prodendum postera die. Occurrit ei circa horam nonam Clodius paulo ultra Bovillas, rediens ab Aricia, prope eum locum in quo Bonae Deae sacellum est; erat autem allocutus decuriones Aricinorum. Vehebatur Clodius equo; servi XXX fere expediti, ut illo tempore mos
33 erat iter facientibus, gladiis cincti | sequebantur. Erant cum Clodio praeterea tres comites eius, ex quibus eques Romanus unus C. Causinius Schola, duo de plebe noti homines P. Pomponius ⟨*et C. Clodius*⟩. Milo reda vehebatur cum uxore Fausta, filia L. Syllae dictatoris, et M. Fufio familiare suo. Sequebatur eos magnum servorum agmen, inter quos gladia-

---

2 dum nulli *M* || 3 dies: res *Mommsen Röm. Forschungen p. 225* || cum Milo *Baiter* || 4 ualet *M* || confideretque *Rinkes Mnem. X p. 216:* conficeretque (conficeret *Pl*) *C* || 5 obsidebat *S* || tamen *Pω* || 6 impensasque *Baiter:* impensas (impensa *M*) quoque *C* || sceniorum *M* || 7 gladiatorum *S* || patrimonia *MPab:* praedia *Pgω* p̃lia *S* || 8 cum *M* || compeditores *S*, at competitores *Baiter* || 9 genere *S* || T. Munatius *Manutius:* l. numatius *C* || 11 prodere: proderent *Mpr* || 12 stata res esset *Mommsen:* ostatores esset *M* obstatores essent *S* ortatores (oratores *g*, oratoris *ω*) esset *P*, opus esset *Mommsen l. l.* certa res esset *Buecheler* || XIII *Hotomann:* III *PS* tersa *M* || 13 magis *om. M* || 15 ibi *P* || 17 uobillas *M* || 20 expedita *S* || 21 interficientibus *SM* || 22 eque (aeque *S*) fr̃ *SM* || 23 C.: ē *M* || Cassinius *C*, *corr. Halm ex Cic.* || noti *Madvig Adv. crit. II p. 245:* non *SM* noui *P volgo* || 24 et C. Clodius *om. C, nisi quod* et . . . . *Pb* || 25 fusio *C*

tores quoque erant, ex quibus duo noti Eudamus et Birria. Ii in ultimo agmine tardius euntes cum servis P. Clodi rixam commiserunt. Ad quem tumultum cum respexisset Clodius minitabundus, umerum eius Birria rumpia traiecit. Inde cum orta esset pugna, plures Miloniani accurrerunt. Clodius vulneratus in tabernam proximam ⟨*in*⟩ Bovillano delatus est. Milo ut cognovit vulneratum Clodium, cum sibi periculosius illud etiam vivo eo futurum intellegeret, occiso autem magnum solacium esset habiturus, etiamsi subeunda esset poena, exturbari taberna iussit. Fuit antesignanus servorum eius
[142] M. Saufeius. Atque ita Clodius latens extractus est multisque vulneribus confectus. Cadaver eius in via relictum, quia servi Clodi aut occisi erant aut graviter saucii latebant, Sex. Tedius senator, qui forte ex rure in urbem revertebatur, sustulit et lectica sua Romam ferri iussit; ipse rursus eodem unde erat egressus ⟨*se*⟩ recepit. Perlatum est corpus Clodi ante primam noctis horam, infimaeque plebis et servorum maxima multitudo magno luctu corpus in atrio domus positum circumstetit. Augebat autem facti invidiam uxor Clodi Fulvia, quae cum effusa lamentatione vulnera eius ostendebat. Maior postera die luce prima multitudo eiusdem generis confluxit, compluresque noti homines elisi sunt, inter quos C. Vibienus senator. Erat domus Clodi ante paucos menses empta de M. Scauro in Palatio: eodem ⟨*T.*⟩ Munatius Plancus, frater L. Planci oratoris, et | Q. Pompeius Rufus, Syllae dictatoris 34
ex filia nepos, tribuni plebis accurrerunt: eisque hortantibus vulgus imperitum corpus nudum ac lutatum, sicut in lecto erat positum, ut vulnera videri possent, in forum detulit et in rostris posuit. Ibi pro contione Plancus et Pompeius,

---

1 eudanius *S* || 2 ii: ·II· *S* || 3 tumulum *S* || 4 rumpi atra traiecit *M* rumpit a traiecit *S* || 5 miloniā *M* || 6 in *add. Madvig* || uobillano *S* bobillano *M* || est *om. M* || 10 taberna *Madvig:* tabernam *C* || ante signa unus *C* || 11 M. Saufeius *Manutius:* M. Fustenus *C* || latebris *Buecheler* || 13 sauci *S* || iacebant, Sex. Tadius *Halm* || 14 in *om. S* || substulit *S* || 16 egressus se *Madvig:* regressum *C* || 17 infirmeque *C* || 22 elisi: visi *Rinkes Mnem. X p. 216, qui verba* inter quos C. V. senator *del.* || C. Vibiennius *S* e uibeñus *M* || 24 T. *add. Manutius* || 25 Rufus: rursus *M* || 26 accucurrerunt *M Pab*[2]*ω* || easq; *M* || obstantibus *SM Pgω* || 27 imperatum *M* || ac lutatum *Frotscher:* caldatum *C,* calciatum *Manutius* calcatum *Baiter* || 28 possint *SM*

qui competitoribus Milonis studebant, invidiam Miloni fecerunt. Populus duce Sex. Clodio scriba corpus P. Clodi in curiam intulit, cremavitque subselliis et tribunalibus et mensis et codicibus librariorum; quo igne et ipsa quoque curia flagravit, et item Porcia basilica, quae erat ei iuncta, ambusta est. Domus quoque M. Lepidi interregis (is enim magistratus curulis erat creatus) et absentis Milonis eadem illa Clodiana multitudo oppugnavit, sed inde sagittis repulsa est. Tum fasces ex luco Libitinae raptos attulit ad domum Scipionis et Hypsaei, deinde ad hortos Cn. Pompeii, clamitans eum modo consulem modo dictatorem. [143]

Incendium curiae maiorem aliquanto indignationem civitatis moverat quam interfectio Clodi. Itaque Milo, quem opinio fuerat ivisse in voluntarium exilium, invidia adversariorum recreatus nocte ea redierat Romam, qua incensa erat curia. Petebatque nihil deterritus consulatum; aperte quoque tributim in singulos ⟨*singula*⟩ milia assium dederat. Contionem ei post aliquot dies dedit M. Caelius tribunus plebis atque ipse etiam causam eius egit ad populum. Dicebant uterque Miloni a Clodio factas esse insidias.

35 Fiebant interea alii ex aliis interreges, quia comitia consularia propter eorum candidatorum tumultus et easdem manus armatas haberi non poterant. Itaque primo factum erat S. C., ut interrex et tribuni plebis et Cn. Pompeius, qui pro cos. ad urbem erat, viderent ne quid detrimenti res publica caperet, dilectus autem Pompeius tota Italia haberet. Qui cum summa celeritate praesidium comparasset, postulaverunt apud eum familiam Milonis, item Faustae uxoris eius exhibendam duo adulescentuli, qui Appii Claudii ambo appella-

---

2 duces et clodio *SM* || 3 menis *S* menſ *MP* || 5 ballica *S* balica *M* || 8 sed inde *Halm:* deinde *C,* et inde *Mommsen* || 9 luco *Wagener:* lecto *C* || libitineratos *C* || *an* domus? || 10 adortos *C* || 12 aliquando *M* || 13 interfecti *SM* || 15 retractus *S, corr. in mg.* || domum romam *S* romam romam *M* || 16 patebatque *M* || nihil deterritus *Madvig:* milo deterius *C,* nihilo deterius *volgo* || 17 tributi *M* || tributim singula *Baiter,* singula *addidimus* || assuum *S* || ei *Manutius:* et *C* || 18 atque *Madvig:* acci (aci *M* ac cicero *Pa*) *C,* habuitque *Buecheler* || 19 etiam causam etiam (et *M*) ad *C, corr. Madvig,* eius *add. Halm;* etiam contionem ad *Buecheler* || dicebat *Madvig* || 21 quia: qui *C* || 22 eorum: eosdem *Richter* || eadem *C* || 23 armata *C* || habere *P* || 24 interesset et *M* || 25 erant *S* || 26 delectus *S* || 28 familia *M*

bantur; qui ⟨*filii*⟩ erant C. Claudi, qui frater fuerat Clodi, et ob id [illi] patrui sui mortem velut auctore patre persequebantur. Easdem Faustae et Milonis familias postulaverunt duo Valerii, Nepos et Leo, et L. Herennius Balbus. P. Clodi quoque familiam et comitum eius postulavit eodem tempore Caelius; familiam Hypsaei et Q. Pompeii postulavit ..... Adfuerunt Miloni Q. Hortensius, M. Cicero, M. Marcellus, M. Calidius, M. Cato, Faustus Sylla. Verba pauca Q. Hortensius ⟨*fecit*⟩ dixitque liberos esse eos, qui pro servis postularentur; nam post recentem caedem manu miserat eos Milo
[144] sub hoc titulo, quod caput suum ulti essent. Haec agebantur mense intercalari. Post diem tricesimum fere quam erat
Clodius occisus Q. | Metellus Scipio in senatu contra M. 36
† Caepionem conquestus est de hac caede P. Clodi: falsum esse dixit, quod Milo sic se defenderet *** et; Clodium Aricinos decuriones alloquendi gratia abisse, profectum cum sex ac XX servis; Milonem subito post horam quartam, senatu misso, cum servis amplius CCC armatis obviam ei contendisse et supra Bovillas inopinantem ⟨*in*⟩ itinere aggressum; ibi P. Clodium tribus vulneribus acceptis Bovillas perlatum; tabernam in quam perfugerat expugnatam a Milone; semianimem Clodium extractum .... in via Appia occisum esse anulumque eius ei morienti extractum; deinde Milonem, cum sciret in Albano parvolum filium Clodi, venisse ad villam, et cum puer ante subtractus esset, ex servo Halicore quaestionem ita habuisse, ut eum articulatim consecarent; vilicum et duos praeterea servos iugulasse; ex servis Clodi

---

1 filii *om. C* || 2 illi *seclusimus* || patre *Madvig:* fratre *C* || prosequebantur *C* || 4 Valerūtiae potes *S* Valerii nepotes *MP* || 5 et comitum — familiam *om. M* || 6 Caecilius *C* || *hiatum 3 litterarum notat Pbω, om. SM Pa* || 8 Q.: que *M* || 9 *fecit *om. C* || liberus *M* || 10 tricentem *SM* || 14 M. Caepionem (coepionem *S*) *C*: M. Ciceronem *Manutius,* M. Caelium *Halm* || hac de *Pab* ac de *volgo* || 15 defenderet ..... *Halm, haec fere supplens:* ⟨ut insidias sibi factas esse dicer⟩et || Milo [sic] se defenderit [et]: *Rinkes Mnem. X p. 219* || 16 Aricinos *Manutius:* uicinos *C* || 16 sq. cum ex (et *M*) ac XX *C* || 19 uobillas *SP* bubillas *M* || in *om. C* || agdgressum *M* || 20 ubi *S ante corr.* || tribunum *S* || uobillas *SP* bubillas *M* || 21 profugerat *volgo* || 22 *hiatus 7 litt. S, 10—12 litt. MP* || 23 *an* detractum? || 24 arbano *M* || paruulum *S* || Clodii esse *Baiter* || in uenisse *SM* || 25 talicore *M,* alitore *Madvig adv. crit. 1 p. 153* Helicone *Buecheler* || 26 consecaret *volgo* || seruuos *S*

qui dominum defenderant undecim esse interfectos, Milonis duos solos saucios factos esse: ob quae Milonem postero die XII servos, qui maxime operam navassent, manu misisse populoque tributim singula milia aeris ad defendendos de se rumores dedisse. Milo misisse ad Cn. Pompeium dicebatur, qui Hypsaeo summe studebat, quod fuerat eius quaestor, 37 desistere | se petitione consulatus, si ita ei videretur; Pompeius respondisse nemini se neque petendi neque desistendi auctorem esse, neque populi Romani potestatem aut consilio aut sententia interpellaturum. Deinde ⟨*per*⟩ C. Lucilium, qui propter M. Ciceronis familiaritatem amicus erat Miloni, egisse quoque dicebatur, ne se de hac re consulendo invidia oneraret.

Inter haec cum crebesceret rumor Cn. ⟨*Pompeium*⟩ creari [145] dictatorem oportere neque aliter mala civitatis sedari posse, visum est optimatibus tutius esse eum consulem sine collega creari, et cum tractata ea res esset in senatu, facto in M. Bibuli sententiam S. C. Pompeius ab interrege Servio Sulpicio V Kal. Mart. mense intercalario consul creatus est statimque consulatum iniit. Deinde post diem tertium de legibus novis ferendis rettulit: duas ex S. C. promulgavit, alteram de vi, qua nominatim caedem in Appia via factam et incendium curiae et domum M. Lepidi interregis oppugnatam comprehendit, alteram de ambitu: poena graviore et forma iudiciorum breviore. Utraque enim lex prius testes dari, deinde uno die atque eodem et ab accusatore et a reo perorari iubebat, ita ut duae horae accusatori, tres reo darentur. His legibus obsistere M. Caelius tr. pl. studiosissimus Milonis conatus est, quod et privilegium diceret in Milonem ferri et iudicia praecipitari. Et cum pertinacius leges Caelius vituperaret, eo processit irae Pompeius, ut diceret, si

---

1 *defenderint *C* || umdem *M* || *milo (milos *Mpr*) *C*, miloni *volgo* || 3 nauantessent *S* narrassent *M pr.* || 5 miloni misse *M* milni miisse (?) *S* || 6 qui *Baiter:* quod *C* || feratecus *S* || 7 *Pompeium *C* || 9 consilio aut sententia *Richter:* consilium aut sententiam *C* || 10 per *om. C* || lucillium *M* || 13 cresceret *M* || Pompeium *om. C* || 14 oportere, neque *Madvig:* neque oportere *C* || 15 cum *S*, *corr. in marg.* || college *M* || 16 tracta *S* || senatum *M* || 17 bi^{u}buli *M* || 21 appiam uiam *SM* || 23 penam grauiorem et formam — breuiorem *C*, *corr. Richter* || 25 dari *Manutius:* dare *C* || 27 assistere *S* || 28 quod et peruulgatum *S* || 29 *legem *C*

coactus esset, se armis rem publicam defensurum. Timebat autem Pompeius Milonem seu timere se simulabat: plerumque non domi suae, sed in hortis manebat, idque ipsum in superioribus, circa quos etiam magna manus militum excubabat. Senatum quoque semel repente dimiserat Pompeius, quod diceret timere se adventum Milonis. Dein proximo senatu P. Cornificius ferrum Milonem intra tunicam | habere ad femur 38 alligatum dixerat; postulaverat ut femur nudaret, et ille sine mora tunicam levarat: tum M. Cicero exclamaverat omnia illi similia crimina esse quae in Milonem dicerentur alia.

Deinde ⟨*T.*⟩ Munatius Plancus tribunus plebis produxerat in contionem M. Aemilium Philemonem, notum [146] hominem, libertum M. Lepidi, ⟨*qui*⟩ se dicebat pariterque secum quattuor liberos homines iter facientes supervenisse, cum Clodius occideretur, et ob id cum proclamassent, abreptos et [perductos] per duos menses in villa Milonis praeclusos fuisse; eaque res seu vera seu falsa magnam invidiam Miloni contraxerat. Itemque Munatius et Pompeius tribuni plebis in rostra produxerant triumvirum capitalem eumque interrogaverant, an Galatam Milonis servum caedes facientem deprehendisset. Ille dormientem in taberna pro fugitivo prehensum et ad se perductum esse responderat. Denuntiaverant tamen triumviro, ne servum remitteret: sed postera die Caelius tribunus plebis et ⟨*Q.*⟩ Manilius Cumanus collega eius ereptum e domo triumviri servum Miloni reddiderant. Haec, etsi nullam de his criminibus mentionem fecit Cicero, tamen quia ita compereram, putavi exponenda.

---

1 armis se *P* || 2 et plerumque *Baiter* || 3 sed mortis *M* || idque ipse ipsum *C* || 4 magnanimus multum *C, corr. Manutius* || 5 repente dimiserat *Baiter:* repetundus erat *C* || 6 senatus *S* || 8 nudaret *Manutius:* uideret *C* || 9 lauarat *S pr.* lauerat *M* || exclamarat *S* | 10 simili *SM* || quē milonem diceretur *SM* || 12 * T. *om. C* || 13 contione *M* || 14 * qui *om. C,* is *volgo* || 15 secum: secuta *C* || inter *M* || insuperuenisse *C* || 17 perductos (productos *SPω*) *del. Manutius* || villa *Halm:* uillam *C* || 18 perclusos *S* || 19 conflaverat *Rinkes Mnem. X p. 220* || itemque *Halm:* idemque *C* || numatius *C* || 20 perduxerant *C* || 21 miloni *SM* || 23 deprehensum *Pgω* || productum *Pω* preductum *M* || 25 Caecilius *C* || Q. *om. C* || Camanus *PM* || 27 reddiderant *Sauppe*: reddiderunt *C* || etsi: et *C*

Inter primos et Q. Pompeius et C. Sallustius et T. Munatius Plancus tribuni plebis inimicissimas contiones de Milone habebant, invidiosas etiam de Cicerone, quod Milonem tanto studio defenderet. Eratque maxima pars multitudinis [po-
39 puli] infensa non solum | Miloni, sed etiam propter invisum patrocinium Ciceroni. Postea Pompeius et Sallustius in suspicione fuerunt redisse in gratiam cum Milone ac Cicerone; Plancus autem infestissime perstitit, atque in Ciceronem quoque multitudinem instigavit. ⟨*Cn.*⟩ Pompeio autem suspectum faciebat Milonem, ad perniciem eius comparari vim vociferatus: Pompeiusque ob ea saepius querebatur sibi quoque fieri insidias, et id palam, ac maiore manu se armabat. Dicturum quoque diem Ciceroni Plancus ostendebat, posteaquam Q. Pompeius idem meditatus erat. Tanta tamen constantia ac fides fuit Ciceronis, ut non populi a se alienatione, non Cn. Pompeii suspicionibus, non periculo futurum ut sibi dies ad populum diceretur, non armis, quae palam in Milonem [147]
sumpta erant, deterreri potuerit a defensione eius: cum posset omne periculum suum et offensionem inimicae sibi multitudinis declinare, redimere autem Cn. Pompeii animum, si paulum ex studio defensionis remisisset.

Perlata deinde lege Pompeia, in qua id quoque scriptum erat, ut quaesitor suffragio populi ex iis, qui consules fuerant, crearetur, statim comitia habita, creatusque est L. Domitius Ahenobarbus quaesitor. Album quoque iudicum, qui de ea re iudicarent, Pompeius tale proposuit, ut nunquam

---

1 Salustius *semper C* || 3 invidiosas *Manutius:* inuidiam *C, del. Rau var. lect. I 109:* in invidiam *Halm* || 4 eratque *Manutius*: atque (atqui *Pab*) *C* || populi *del. Manutius* || 5 irrisum *SM* || 6 patrocinium Ciceroni *Hotomann:* Ciceronis patrocinium *C* || sed etiam Ciceroni propter invidiam patrocinii *Rau l. l.* || 9 Cn. *add. Buecheler* || popeio *M* || 10 comparari vim *Manutius:* comparauit eum *C,* in perniciem reip. comparari eum *Rau l. l.* || 11 fieri sibi quoque *Pbω* fieri quoque sibi *Pa* || 12 dictorum *S* || 13 ostenderat *Halm* || posteaquam *Mommsen:* postea autem *C* || 14 minitatus *Manutius* || 16 pompeius *S* || periculo *Pab:* periculum *SMPω* || futuro ut *Pb* || sibi: si *C* || periculi futuri metu, si sibi *Manutius* || 17 diceret *C* || 18 erat *M* || *verba* eius — offensionem *om. M* || 19 sibi *om. MP* || 22 * pompeii *C* || 23 quaestor *C* || his *M* || 24 creatur *SM* || habita *Cobet Mnem. XI p. 204:* habuit *C* || est *Rinkes Mnem. X p. 220:* erat *C* || L. *Manutius:* Cn. *C* || 25 herobarbus *S* erobarbus *M* henobarbus *Pa* etnobarbus *Pb* || album *Cobet l. l., Sauppe:* aliorum *C* || 26 tale *Cobet, Sauppe:* tales *C*

neque clariores viros neque sanctiores propositos esse constaret. Post quod statim nova lege Milo postulatus ⟨*est*⟩ a duobus | Appiis Claudiis adulescentibus iisdem, a quibus antea 40
familia eius fuerat postulata, itemque de ambitu ab iisdem Appiis; et praeterea ⟨*de vi*⟩ a Q. Patulcio et L. Cornificio, de sodaliciis etiam a P. Fulvio Nerato. Postulatus autem erat et de sodaliciis et de ambitu ea spe, ⟨*quod*⟩ primum iudicium de vi futurum apparebat, quo eum damnatum iri confidebant nec postea responsurum.

Divinatio de ambitu accusatorum facta est quaesitore A. Torquato, atque ambo quaesitores, Torquatus et Domitius, prid. Non. April. reum adesse iusserunt. Quo die Milo ad Domiti tribunal venit, ad Torquati amicos misit; ibi postulante pro eo M. Marcello obtinuit, ne prius causam de ambitu diceret, quam de vi iudicium esset perfectum. Apud Domitium autem quaesitorem maior Appius postulavit a Milone servos exhiberi numero IIII et L, et cum ille negaret eos qui nominabantur in sua potestate esse, Domitius ex sententia iudicum pronuntiavit, ut ex servorum suorum numero accusator quot vellet ederet. Citati deinde testes secundum legem quae, ut supra diximus, iubebat, ut prius quam
[148] causa ageretur testes per triduum audirentur, dicta eorum iudices confirmarent, quarta die adesse omnes in diem posterum iuberentur ac coram accusatore ac reo pilae, in quibus nomina iudicum inscripta essent, aequarentur; dein rursus postera die sortitio iudicum fieret unius et LXX*X*: qui numerus cum sorte contigisset, ei protinus sessum irent; tum ad dicendum accusator duas horas, reus tres haberet, resque eodem die illo iudicaretur; prius autem quam sententiae ferrentur, quinos ex singulis ordinibus accusator, totidem reus

---

2 postulās *M* || est *add. Madvig* || 3 claudiis *Halm:* clodiis *C* || idem *S* || 4 itaque *C, corr. Manutius* || 5 de vi *add. Manutius* || Q. Patulcio *Hotomann:* c. cetcio *C,* C. Cethego *Jordan* || 6 *etiam : et *C, del. Manutius* || fulvi-ōc rato *S* || 7 quod *om. C* || 8 quod *P* || iri: in *SM* || 10 quaestore *C* || 11 aulo *S* || quaestores *C* || 13 tribunale *C* || misi tibi *S* || 15 erat *C* || 16 domititium *M* || questorem *S* || 19 suorum *Wagener*: eorum *C* || 20 quod *SM* || edere *M* || tutati *SM* || 23 consignarent *Manutius* || 26 LXX *C* || 27 contigisset *Beraldus*: attigisset (åttigisset *Pb*) *C*, obtigisset *Manutius* effectus *vel* expletus esset *Mommsen* || ei: is ei *C* ipsi *Pab²*, *volgo* || 28 resque *Richter:* reusque *C*

41 reiceret, ita ut | numerus iudicum relinqueretur qui sententias ferrent quinquaginta et unus.

Primo die datus erat in Milonem testis ⟨C.⟩ Causinius Schola, qui se cum P. Clodio fuisse, cum is occisus esset, dixit, atrocitatemque rei factae quam maxime potuit auxit. Quem cum interrogare .... Marcellus coepisset, tanto tumultu Clodianae multitudinis circumstantis exterritus est, ut vim ultimam timens in tribunal a Domitio reciperetur. Quam ob causam Marcellus et ipse Milo a Domitio praesidium imploraverunt. Sedebat eo tempore Cn. Pompeius ad aerarium, perturbatusque erat eodem illo clamore: itaque Domitio promisit se postero die cum praesidio descensurum, idque fecit. Qua re territi Clodiani silentio verba testium per biduum audiri passi sunt. Interrogaverunt eos M. Cicero et M. Marcellus ⟨*et*⟩ Milo ipse. Multi ex iis, qui Bovillis habitabant, testimonium dixerunt de eis, quae ibi facta erant: coponem occisum, tabernam expugnatam, corpus Clodi in publicum extractum esse. Virgines quoque Albanae dixerunt mulierem ignotam venisse ad se, quae Milonis mandato votum solveret, quod Clodius occisus esset. Ultimae testimonium dixerunt Sempronia, Tuditani filia, socrus P. Clodi, et uxor Fulvia, et fletu suo magnopere eos qui assistebant commoverunt. Dimisso circa horam decimam iudicio T. Mu- [149]
natius pro contione populum adhortatus est, ut postero die frequens adesset et elabi Milonem non pateretur iudiciumque et dolorem suum ostenderet euntibus ad tabellam ferendam. Postero die, qui fuit iudicii summus a. d. VI. Idus

---

1 relinquerentur *SM* || 2 quinquagesimus *C* || 3 *C. *om. C* || Casinius *C* || 6 *hiatus deest in P* || M. Marcellus *MP* || cepisset *MFab* || 8 tribunali *SM* || recipitur *S* || 9 m. celius *SP* m. cecilius *M* || 10 improrauerunt *M* || 14 audire *Pb* || 15 et *om. C* || ipse multis *SP* || ex his *MPa* || bobillis *S* uobillis *M* || 16 eis ubi *S* his ibi que *M* || 17 eoponem S^1*MPa* eoponere *Pb* cauponem S^2*Pω* || taberna *M* || 18 Albanae *Orelli:* alie *C*, Vestales *Manutius* || 19 mandatu *Halm* || 20 occisum (s superscr.) *M* || 21 tutidani *S* || 22 et *om. S* || astabant *P* || 23 dimisso *Pa*: demisso *C* || iudiciatutus *S* || 25 adesse te te labi *S* || 27 qui fuit iudicii summus *Rau var. lect. I p. 113:* qui fuit iudicissimus *S Fl* qui fuit iudicii nouissimus *Pg* qui fuit iudicibus iudici primus *Pa* iudicibus qui fuit iudicii primus *Pb* iudicibus iudicii primus qui fuit *M* qui fuit *Pω* || a. d: ad *C* || VI *Manutius*: III *MP* II *S*

Aprilis, clausae fuerunt tota urbe tabernae; praesidia in foro et circa omnis fori aditus Pompeius disposuit; ipse pro aerario ut pridie consedit saeptus delecta manu militum. Sortitio deinde iudicum a primo die facta est: post tantum 42 silentium toto foro fuit, quantum esse in aliquo foro posset. Tum intra horam secundam accusatores coeperunt dicere Appius maior et M. Antonius et P. Valerius Nepos. Usi sunt ex lege horis duabus.

Respondit his unus M. Cicero: et cum quibusdam placuisset ita defendi crimen, interfici Clodium pro re publica fuisse (quam formam M. Brutus secutus est in ea oratione, quam pro Milone composuit et edidit, quasi egisset), Ciceroni id non placuit, quasi qui bono publico damnari, idem etiam occidi indemnatus posset. Itaque cum insidias Milonem Clodio fecisse posuissent accusatores, quia falsum id erat — nam forte illa rixa commissa fuerat —, Cicero adprehendit et contra Clodium Miloni fecisse insidias disputavit, eoque tota oratio eius spectavit. Sed ita constitit ut diximus, nec utrius consilio pugnatum esse eo die, verum et forte occurrisse et ex rixa servorum ad caedem perventum. Notum tamen erat utrumque mortem alteri saepe minatum esse, et sicut suspectum Milonem maior quam Clodi familia faciebat, ita expeditior et paratior ad pugnam Clodianorum quam Milonis fuerat. Cicero cum inciperet dicere, exceptus ⟨*est*⟩ acclamatione Clodianorum, qui se continere ne metu quidem circumstantium militum potuerunt. Itaque non ea qua solitus erat [150] constantia dixit. Manet autem illa quoque excepta eius oratio: scripsit vero hanc quam legimus ita perfecte, ut iure prima haberi possit.

---

2 aditus *om.* *S* || 3 ut: ut pro erario ut *M* || stipatus *Rinkes Mnem. X p. 220* || dilecta *M* || 4 prima die *SM* || 5 potest *Fleckeisen* || 6 cum *S* || ceperunt *C* || 9 hic *C* || 12 quasi *Baiter:* quamuis *C* || 13 *quasi qui: quisquis SPb^2l^1 quod quis $MPal^2\omega$ quis Pb^1, quod non qui *Hotomann* quod qui *Manutius, idem omisso* id *Rau var. lect. I p. 113* || 14 occidit indemnans *S* || 16 cum missa *M* || 17 disputaui eaq; *M* || 18 constituit *SP* || 19 verum et *Lachmann ad Lucr. p. 314:* uerum ei *C* || et ex rixa *Lachmann l. l.:* ex ea rixa *C* || 20 * ad caedem: ad eandem cedem *SP* ad eam caedem *M,* tandem ad caedem *Baiter* ad caedem tandem *Halm* || 21 montem *M* || minutum *S* inmutū *M* || 24 est *om.* *C* || a clamatione *SM*

ENARRATIO

VERS. A PRIMO L

(§ 3.) Unum genus est adversum infestumque nobis et cetera.

43 Ita ut in causae expositione diximus, Munatius Plancus pridie pro contione populum adhortatus erat, ne pateretur elabi Milonem.

VER. A PRIMO CC

(§ 12.) Declarant huius ambusti tribuni plebis illae intermortuae contiones, quibus quotidie meam potentiam invidiose criminabatur.

T. Munatius Plancus et Q. Pompeius Rufus tribuni pl., de quibus in argumento huius orationis diximus, cum contra Milonem Scipioni et Hypsaeo studerent, contionati sunt eo ipso tempore plebemque in Milonem accenderunt, quo propter Clodi corpus curia incensa est, nec prius destiterunt, quam flamma eius incendii fugati sunt e contione. Erant enim tunc rostra non eo loco quo nunc sunt, sed ad comitium, prope iuncta curiae. Ob hoc T. Munatium ambustum tribunum appellat; fuit autem paratus ad dicendum.

PAULO POST

(§ 13.) Cur igitur incendium curiae, oppugnationem aedium M. Lepidi, caedem hanc ipsam contra rem publicam senatus factam esse decrevit?

Post biduum medium quam Clodius occisus erat, interrex primus proditus est M. Aemilius Lepidus. Non fuit autem moris ab eo, qui primus interrex proditus erat, comitia haberi. Sed Scipionis et Hypsaei factiones, quia recens invidia Milonis erat, cum contra ius postularent, ut

3 aduersus *M* || 5 causae *Madvig:* ea *C* || 11 potentia *M* || 12 Rufus: rursus *M* || 13 in *om. SM* || 14 studeret *M* || concinati *M* || 15 accenderent *S* || quo *Manutius:* quod *C* || 16 esset *C* || desisterunt *SM* || 17 e: et *M* || 22 cur: curia *S* || 23 aedem hanc *S* || 25 occisum *M* || 28 factionis *C*

interrex ad comitia consulum creandorum descenderet, idque ipse non faceret, domum eius per omnes interregni dies (fuerunt autem ex more quinque) obsederunt. Deinde omni vi ianua expugnata et imagines maiorum deiecerunt et lectulum adversum uxoris eius Corneliae, cuius castitas pro exemplo habita est, fregerunt, itemque telas, quae ex vetere more in atrio texebantur, diruerunt. Post quae supervenit Milonis ma-
[151] nus et ipsa postulans comitia; cuius adventus fuit saluti Lepido: in se enim ipsae conversae sunt factiones inimicae, atque ita oppugnatio domus interregis omissa est.

PAULO POST 44

(§ 14.) Quod si per furiosum illum tribunum pl. senatui quod sentiebat perficere licuisset, novam quaestionem nullam haberemus. Decernebat enim, ut veteribus legibus, tantummodo extra ordinem, quaereretur. Divisa sententia est postulante nescio quo. — Sic reliqua auctoritas senatus empta intercessione sublata est.

Quid sit dividere sententiam, ut enarrandum sit, vestra aetas, filii, facit.

Cum aliquis in dicenda sententia duas pluresve res complectitur, si cui non omnes eae probantur, postulat ut dividatur, id est de rebus singulis referatur. Forsitan nunc hoc quoque velitis scire, qui fuerit, qui id postulaverit. Quod non fere traditur: non enim ei, qui hoc postulat, oratione longa utendum ac ne consurgendum quidem utique est; multi

---

2 et domum *C* || *fuerant *P* fuerat *SM* || 3 obsiderunt *C* || 6 itemque *Manutius:* uterque *C* || telis *M* || uentre *M* || 7 textebantur *SM* || post quae *Rinkes Mnem. X p. 221:* post que *MP* post *S* || superuenenum *S*[1] superuenerunt *S marg.* || 9 se crimen enim *M* || 14 nulla *M* || 20 faciat *SMPb*[1] || 21 indicendi *M* || 22 *si cui: et si *C,* cui *Mommsen* || eae *S:* ẽẽ *M* ae e *Pω* he *Pa* ex *Pb,* aeque *Baiter, del. Rinkes Mnem. X p. 221* || postulatur *Manutius* || dividatur *Baiter:* diuidantur *C* || 23 referantur *C* || 24 *quid *S* qui *MP* || 25 fere traditur *Madvig adv. crit. II p. 245:* ferat adiutor *C,* feratur auctor *Mommsen* in oratione adicitur *Rinkes Mnem. X p. 221,* fuit adiectum *Rau var. lect. I p. 114* fuerat addi ut opinor necesse *Orelli* intererat auditorum *Georges Philol. XXXII p. 540* || non eme qui *P* none me qui *M* || 26 consurgendum *Manutius:* consulendum *C*

enim sedentes hoc unum verbum pronuntiant Divide: quod cum auditum est, liberum ⟨*est*⟩ ei, qui facit relationem, dividere. Sed ego, ut curiosius aetati vestrae satisfaciam, Acta etiam totius illius temporis persecutus sum; in quibus cognovi pridie Kal. Mart. S. C. esse factum, P. Clodi caedem et incendium curiae et oppugnationem aedium M. Lepidi contra rem p. factam; ultra relatum in Actis illo die nihil; postero die, id est Kal. Mart., ⟨*T.*⟩ Munatium in contione exposuisse populo quae pridie acta erant in senatu: in qua contione |
45 haec dixit ad verbum: Cum Hortensius dixisset, ut extra ordinem quaereretur apud quaesitorem; aestimare futurum, ut, cum pusillum edissent dulcedi- [152]
nis, largiter acerbitatis devorarent: adversus hominem ingeniosum non ingenio usi sumus; invenimus Fufium, qui diceret 'Divide'; reliquae parti sententiae ego et Sallustius intercessimus. Haec contio, ut puto, explicat, et quid senatus decernere voluerit, et quis divisionem postulaverit, et quis intercesserit et cur. Illud vos meminisse non dubito per Q. Fufium illo quoque tempore quo de incesto P. Clodi actum est factum, ne a senatu asperius decerneretur.

De L. Domitio dicit:

(§ 22.) Dederas enim, quam contemneres populares insanias, iam ab adulescentia documenta maxima.

Constantiam L. Domiti quam in praetura praestitit signi-

---

1 divide *Manutius:* denique *C* || 2 est *add. Orelli Madvig; an* iubetur is? || relationem *Becker Ench. Antiq. II 2, 434, Madvig:* rationem *SM* orationem *P* || 3 ut: et *S* || curiotius *M* || curiositati vestrae *Buecheler* || 4 prosecutus *P* || 5 S. C. *Manutius:* sic *C* || 7 in *om. S* || eo die *M* || 8 martinunatiū *M* || *T. *om. C* || 10 cum: que *M* Q. *SP*, quum Q. *Rau var. lect. I p. 115* quod Q. *Baiter* || Hortensium dixisse *C, corr. Baiter* || 11 quaestorem *C* || extimare *M*, existimare *Buecheler* aestimaret *Rinkes Mnem. X p. 223; an* aestimare se? || 12 ut cum *Pa:* utrum *C* || edissent *Mommsen:* dedisset *MP* dixisset *S*, edisset *volgo* || 13 largitur *M* || devorarent *Rinkes l. l.:* deuoraret *C* || 14 ingenuosum *S* || non *del. Manutius*, nostro *Buecheler* || 15 fusium *C* || divide *Baiter:* diuideret *C* || parti: paries *S* parτes (ri *superscr.*) *M* partis *P* || 16 sententiam *C* || hoc cotio *M* || 18 diuisione *M* || 19 fusium *C* || 22 *om. M* || 24 edocumenta *M* || 26 L. Domitii *Pb:* Gn. Domitii *MPa* Gn. Pompeii *S* || praetura: quaestura *Manutius, cf. Nipperdey legg. annal. p. 85;* privatus *Rau var. lect. I p. 42*

ficat. | Nam eo tempore, cum C. Manilius tribunus plebis sub- 46
nixus libertinorum et servorum manu perditissimam legem ferret, ut libertinis in omnibus tribubus suffragium esset, idque per tumultum ageret et clivum Capitolinum obsideret, discusserat perruperatque coetum Domitius ita, ut multi Manilianorum interficerentur. Quo facto et plebem infimam offenderat et senatus magnam gratiam inierat.

(§ 32.) Itaque illud Cassianum iudicium in his personis valeat.

L. Cassius fuit, sicut iam saepe diximus, summae vir severitatis. ⟨*Is*⟩ quotiens quaesitor iudicii alicuius esset, in quo quaerebatur de homine occiso, suadebat atque etiam praeibat iudicibus hoc, quod Cicero nunc admonet, ut quaereretur, cui bono fuisset perire eum de cuius morte quaeritur. Ob quam severitatem, quo tempore Sex. Peducaeus tribunus plebis criminatus est L. Metellum pontificem max. totumque collegium pontificum male iudicasse de incesto virginum Vestalium, quod unam modo Aemiliam damnaverat, absolverat autem duas Marciam et Liciniam, populus hunc Cassium creavit qui de eisdem virginibus quaereret: isque et utrasque eas et praete-
[153] rea complures alias nimia etiam, ut existimatio est, asperitate usus damnavit.

(§ 33.) Et aspexit me illis quidem oculis, quibus tunc solebat, cum omnibus omnia minabatur. Movet me quippe lumen curiae!

Hic est Sex. Clodius, quem in argumento huius orationis diximus corpus Clodi in curiam attulisse et ibi cremasse eoque incenso curiam conflagrasse; ideo lumen curiae dicit.

(§ 37.) Quando illius postea sica illa, quam a Catilina acceperat, conquievit? Haec intentata

---

1 C. Manilius *Manutius:* C. Malius *S* Cn. Mallius *M* Cn. Manlius *P* || 3 tribus *C* || 4 capitolium *SM* || 5 prūpeř atque *S* || tetum *M* || Manlianorum *P* || 6 occiderentur *M* || infirmam ostenderat *C* || 7 ingerat *S* || 10 C. T. Crassus *S* || 11 *is *om. C* || quaestor *SM* || 12 quaereretur *P* || 14 quaerebatur *Baiter, Rinkes Mnem. X p. 223;* quaereretur *volgo* || 16 pontificium *M* || 17 incestro *M* || 19 martiam *C* || licinniam *M* lucinniam *S* || potulus *M* || 20 et isque et *SM* || 21 alios *S* || estimatio *P* || 26 hic: hoc *C* || huius: hec *M* || 29 sic (si *M*) ulla qua matilina *SM* || 30 intentata *Pb:* intenta *C*

nobis est, huic ego obici vos pro me non sum passus, haec insidiata Pompeio est.

Quod dicit intentata nobis est et obici vos pro
47 me non sum passus, | manifestum est pertinere ad id tempus, quo post rogationem a P. Clodio in eum promulgatam urbe cessit. Quare dicat insidiata Pompeio est, fortassis
. 696 quaeratis. Pisone et Gabinio coss. pulso Cicerone in exilium, cum III. Idus Sextiles Pompeius in senatum venit, dicitur servo P. Clodi sica excidisse, eaque ad Gabinium consulem delata dictum est servo imperatum a P. Clodio, ut Pompeius occideretur. Pompeius statim domum rediit ⟨*et*⟩ ex eo domi ⟨*se*⟩ tenuit. Obsessus est etiam a liberto Clodi Damione, ut ex Actis eius ⟨*anni*⟩ cognovi, in quibus XV Kal. Sept. L. Novius tribunus plebis, collega Clodi, cum Damio adversum ⟨*L.*⟩ Flavium praetorem appellaret tribunos et tribuni de appellatione cognoscerent, ita sententiam dixit: Et⟨*si ab*⟩ hoc apparitore P. Clodi vulneratus sum, et hominibus armatis praesidiis dispositis a re publica remotus [sum] Cn. Pompeius obsessus⟨*que*⟩ est: cum appeller, non utar eius exemplo, quem vitupero, et iudicium tollam, et reliqua de intercessione.

Haec viam Appiam monumentum nominis sui nece Papiri cruentavit.

Pompeius post triumphum Mithridaticum Tigranis filium in catenis deposuerat apud Flavium senatorem: qui postea

---

1 uobis *M* || huius *SM* || 2 passus non (nos *M*) sum *C* || hcc *M* || insidiato *S* insidia *M* || 3 quod dicit *S:* haec *MP* || intenta *SM* || obicimus pro *SM* || 5 quod *C* || a P. Clodio *Hotomann:* apud clodium *S* p. clodio (clodium *Pa pr.*) *MPa* clodio *Pω* || 6 urbem *M* || est: et *C* || 7 sabinio *S* || 9 sicā: ita *SM* sita *Pa pr.* || 10 consule dalata *M* || delata *om. S in hiatu 9 litt.* || 11 domus *M* || et ex eo domi se tenuit (tenens *Rau*) *Rinkes Mnem. X p. 220, Rau var. lect. I p. 117 Madvigium ex parte secuti:* ex eodem tenuis (eo domi tenus *Pab*²) *C* || 12 odsessus *M* || clamione *M* || 13 anni *om. C* || actis cognovi *Rinkes Mnem. X p. 224* || in quibus est *Rinkes l. l. qui inde a* XV Kal. Sept. *Actorum verba citari statuit* || 15 *L. *om. C* || praetorem: p̃tor p̃r *S* || 16 appellarent (appellauerunt *S ante corr.*) *C* || 17 *etsi ab: et *C* || clodio *C* || 18 eo ^h õibus *M* || praesidiis: pro aedibus *Rinkes l. l., an* per insidias? || 19 remostus *M* || sum *delevimus,* cum *Mommsen* || *obsessus *C* || 24 mitridaticum cum *SM* || triganis S || 25 disposuerat *C* || imperatorem *S*

[154] cum esset praetor eodem anno, quo tribunus plebis Clodius, petiit ab eo Clodius super cenam, ut Tigranem adduci iuberet, ut eum videret. Adductum collocavit in convivio, dein Flavio non reddidit Tigranem; domi suae habuit extra catenas nec repetenti Pompeio reddidit. Postea in navem deposuit, et cum profugeret ille, tempestate delatus est Antium. Inde | ut deduceretur ad se, Clodius Sex. Clodium, de 48 quo supra diximus, ⟨*misit*⟩. Qui cum reduceret, Flavius quoque re cognita ad deripiendum Tigranem profectus est. Ad quartum lapidem ab urbe pugna facta est, in qua multi ex utraque parte ceciderunt, plures tamen ex Flavi, inter quos et M. Papirius eques Romanus, publicanus, familiaris Pompeio. Flavius sine comite Romam vix perfugit.

Haec eadem longo intervallo conversa rursus est in me: nuper quidem, ut scitis, ⟨*me*⟩ ad Regiam paene confecit.

Quo die periculum hoc adierit, ut Clodius *eum ad* Regiam paene confecerit, nusquam inveni; non tamen adducor ut putem Ciceronem mentitum, praesertim cum adiciat ut scitis. Sed videtur mihi loqui de eo die, quo consulibus Domitio et Messalla, qui praecesserant eum annum, cum haec u. c. 701 oratio dicta est, inter candidatorum Hypsaei et Milonis manus in via Sacra pugnatum est, multique ex Milonis ex improviso ceciderunt. De cuius diei periculo suo ut putem loqui eum, facit et locus pugnae (nam in Sacra via traditur commissa, in qua est Regia), et quod adsidue simul erant cum candidatis suffragatores, Milonis Cicero, Hypsaei Clodius.

---

2 petit *C* || caña *S* canam *M* || triganem (-en *M*) *SM* || 3 ut cum *S* || conuiuium *C*, *aut* convivio *aut* adductum in convivium *Madvig* || 4 flanium *SM* || reddit (redidit *Pa*) *C* || triganem *S* a trigane *M*, nec tamen *Madvig* || domi suae *Buecheler:* dimisit et *C*, dimisit, sed *Madvig* || caten$\overset{e}{a}$s *S* || 5 repetente *MPa* repente *SPbω* || 6 Antium *Hotomann:* tantum *C* || 7 inde *Baiter:* ille *C*, illico *Hotomann* || Sex.: set *S* || 8 misit *add. Hotomann* || cum *Mommsen, Buecheler:* eum *C* || 9 * diripiendum (diripendum *M*) *C*, eripiendum *Buecheler* || 11 et: etiam? || 15 est . . . . per quidem *S* || me *om. C* || 16 *sq.* confugit . . . . quo *S* confecit . . . . . . quo *M* || 17 eum ad *P*: . . . . . . *S* . . . . ad *M* || 18 conficeretur *S* || inveni *Baiter:* pene conueni *C* || 19 addiciat *S* || 20 sciatis *S* || 21 messala *SP* || 24 diei *M*: de ei *S* caede et *P* || 26 adsidue simul erant *Baiter:* ad id ue timuerunt *C* || 27 suffratores *M* || Cicero *Pab²:* c. *M* clodius *SPb¹ω*

(§ 38.) Potuitne L. Caecili, iustissimi fortissimique praetoris, obpugnata domo?

L. Caecilius Rufus, de quo dicitur, fuit ⟨*praetor*⟩ P. Len-
u. c. 697 tulo Spinthere Q. Metello Nepote coss., quo anno Cicero
restitutus est. Is cum faceret ludos Apollinares, ita infima
coacta multitudo annonae caritate tumultuata est, ut omnes, [155]
qui in theatro spectandi causa consederant, pellerentur. De
49 oppugnata domo nusquam adhuc | legi; Pompeius tamen cum
defenderet Milonem apud populum, de vi accusante Clodio,
obiecit [et], ut legimus apud Tironem libertum Ciceronis in
libro IIII de vita eius, oppressum ⟨*a*⟩ Clodio L. Caecilium
praetorem.

PAULO POST

(§ 45.) At quo die? quo, ut ante dixi, fuit insanissima contio, ab ipsius mercennario tribuno plebis concitata.

Hoc significat eo die quo Clodius occisus est contionatum esse mercennarium eius tribunum plebis. Sunt autem contionati eo die, ut ex Actis apparet, C. Sallustius et Q. Pompeius, utrique et inimici Milonis et satis inquieti. Sed videtur mihi Q. Pompeium significare; nam eius seditiosior fuit contio.

(§ 46.) Dixit C. Causinius *Schola* Interamnanus, familiarissimus *et idem* comes Clodi, P. Clodium illo die in Albano mansurum fuisse.

Hic fuit Causinius, *apud* quem Clodius mansisse Interamnae videri volebat qua nocte deprehensus est in Caesaris domo, cum ibi in operto virgines pro populo Romano sacra facerent.

---

1 *ante* potuitne *spatium 9 litt. S* || 2 praetoris . . . . *S* || 3 Celius *S* || rursus *M* || praetor *om. C* || lentulus *S* || 4 pinchere *SM* || 5 cum quo faceret *S* || 6 tumultu est *SM* || 8 nunquam *C* || 10 obiecit *Pighius, Madvig:* obstitit *C* || et *del. Baiter* || ut *om. volgo* || 11 a *om. C* || 14 quod die *M* || at quod ante dixit *S* || dixit *M pr.* || insanissa *M* || 21 significat *M* || 23 Cassinius *C* || Schola *Cic.:* . . . . *SM, om. P* || Interamnanus *Halm:* inter amianos *S* inter ānos *M* inter amnis *P* || 24 et idem *Cic.:* . . . . *C* || 25 in *om. P* || Alba *C* || fuisse *Cic.:* fuit *C* || 26 fuit *om. P* || causinius *S:* cassinius *MP* || apud: . . . . *C* || clodium *S* || 28 pro p. r. *P:* per praetorem *S* per p̃r *M*

PAULO POST

(§ 47.) Scitis, iudices, fuisse, qui in hac rogatione suadenda diceret Milonis manu caedem esse factam, consilio vero maioris alicuius. Me videlicet latronem et sicarium abiecti homines et perditi describebant.

Q. Pompeius Rufus et C. Sallustius tribuni fuerunt quos 50 significat. Hi enim primi de ea lege ferenda populum hortati sunt et dixerunt a manu Milonis occisum esse Clodium, consilio vero maioris alicuius.

(§ 49.) Atqui ut illi nocturnus adventus vitandus fuit, sic Miloni, cum insidiator esset, si illum ad urbem noctu accessurum sciebat, subsidendum et cetera.

Via Appia est prope urbem monumentum Basili, qui
[156] locus latrociniis fuit perinfamis, quod ex aliis quoque multis intellegi potest.

(§ 55.) Comites Graeculi quocumque ibat, etiam cum in castra Etrusca properabat.

Saepe obiecit Clodio Cicero socium eum coniurationis Catilinae fuisse; quam rem nunc quoque reticens ostendit. Fuerat enim opinio, ut Catilina ex urbe profugerat in castra Manli centurionis, qui tum in Etruria ad Faesulas exercitum ei comparabat, Clodium subsequi eum voluisse et coepisse, tum dein mutato consilio in urbem redisse.

(§ 67.) Non iam hoc Clodianum crimen timemus, sed tuas, Cn. Pompei — te enim appello, et ea voce, ut me exaudire possis — tuas, inquam, suspiciones perhorrescimus.

Diximus in argumento orationis huius Cn. Pompeium

---

3 dicerent *Cicero* || 5 cisarium obiecti *M* || obiecit *S* || et *om. S* || 6 describant *S* discribant *M* || 7 rursus *M* || tribus *SM* || 8 primū *M* || 9 a *om. volgo* || 10 consilio uero maioris alicuius *om. PM* || 11 ui tantus *S* sinitantus *M* || 13 subsistendum et ...... *M* || Basili *Orelli:* basilii *C* || perinfamis: per quam is *C*, perquam infamis *volgo* || 18 graculi *M* || ibi *S* || 23 mallii *S* manili *MPb* || eum: cum *SPω* || 25 cum (tum *M*) de ĩmutato *SM* || urbe *M* || 26 iam: tamen *S* tam *MP* || quotidianum *C* || 27 pompeii *SM* || et: ex *M*

simulasse timorem, seu plane timuisse Milonem, et ideo ne domi quidem suae, sed in hortis superioribus ante iudicium mansisse, ita ut villam quoque praesidio militum circumdaret. Q. Pompeius Rufus tribunus plebis, qui fuerat familiarissimus
51 omnium P. Clodio et sectam eam | sequi se palam profitebatur, dixerat in contione paucis post diebus quam Clodius erat occisus: *Milo dedit quem in curia cremaretis: dabit, quem in Capitolio sepeliatis.* In eadem contione idem dixerat — habuit enim eam a. d. VIII Kal. Febr. — cum Milo pridie, id est VIIII Kal. Febr., venire ad Pompeium in hortis eius voluisset, Pompeium ei per hominem propinquum misisse nuntium, ne ad se veniret. Prius etiam quam Pompeius III consul crearetur, tres tribuni, Q. Pompeius Rufus, C. Sallustius Crispus, T. Munatius Plancus, cum quotidianis contionibus suis magnam invidiam Miloni propter occisum Clodium excitarent, produxerant ad populum Cn. Pompeium et ab eo quaesierant, num ad eum delatum esset illius quoque ⟨*rei*⟩ indicium, suae vitae insidiari Milonem. Responderat Pompeius: Licinium quendam de plebe [157]
sacrificulum, qui solitus esset familias purgare, ad se detulisse servos quosdam Milonis itemque libertos comparatos esse ad caedem suam, nomina quoque servorum edidisse; ⟨*se*⟩ ad Milonem misisse, ut eos in potestate sua haberet; a Milone responsum esse, ex iis servis quos nominasset partim neminem se unquam habuisse, partim manumisisse; dein, cum Licinium apud se haberet, ... Lucium quendam de plebe ad corrumpendum indicem venisse; qua re cognita in vincla eum publica esse coniectum. Decreverat enim sena-

---

1 timere seu *P* || 3 manisse *M* || 4 Rufus *Baiter:* fuit *C* || 5 * eam : suam *C* || insequi *S* || 6 post paucis *PM* || 7 Milonem *S* || dedi *S* || cremaret . is *S* || 8 dabit *Rau var. lect. I p. 109*: dabo *C* || 10 VIIII *Schuetz:* VIII $SMPb^1$ VII $Pab^2\omega$ || *verba* id est VIIII Kal. Febr. *suspecta Manutio* || 11 ortis *C:* hortos *volgo* || pompeius *S* || 12 nuntium *del. Manutius* || 13 ter consul *SM* || 14 L. Munatius *C* || 15 clodianis *S* || 16 occisum *om. MP* || 18 illius : illud *volgo; an* aliud? || rei *add. Mommsen, Buecheler* || iudicium *M* || 19 licinnium *SM pr.* || 20 sacrificulum *Manutius:* sacrificorum *C, an* sacrificum? || purgate *M* || 21 libertos *Graevius:* liberos *C* || 22 edisse *C* || 23 se *add. Baiter* || ut eum *C,* num *Mommsen* || 24 his *MPa* || 26 licinnium *S* || 27 corrum...... *S* || iudicem *Pab'* || 28 decreverat *Hotomann:* decreuit *PM* ...... *S*

tus [ut] cum interrege et tribunis plebis Pompeius daret operam, ne quid res publica detrimenti caperet. Ob has suspiciones Pompeius in superioribus hortis se continuerat; deinde ex S. C. dilectu per Italiam habito cum redisset, venientem ad se Milonem unum | omnium non admiserat. Item cum 52
senatus in porticu Pompeii haberetur, ut Pompeius posset interesse, unum eum excuti prius quam in senatum intraret iusserat. Hae sunt suspiciones quas se Cicero dicit pertimescere.

(§ 71.) Quid enim minus illo dignum quam cogere, ut vos eum condemnetis, in quem animadvertere ipse et more maiorum et suo iure posset? sed praesidio esse et cetera.

Idem T. Munatius Plancus, ut saepe diximus, post audita et obsignata testium verba dimissosque interim iudices vocata contione cohortatus erat populum, ut clusis tabernis postero die ad iudicium adesset nec pateretur elabi Milonem.

(§ 87.) Incidebantur iam domi leges, quae nos servis nostris addicerent.

Significasse iam puto nos fuisse inter leges P. Clodi, quas ferre proposuerat, eam quoque, qua libertini, qui non plus quam in ⟨*IIII*⟩ tribubus suffragium ferebant, possent in rusticis quoque tribubus, quae propriae ingenuorum sunt, ferre.

(§ 88.) Senatus, credo, praetorem eum circumscripsisset. Ne cum solebat quidem id facere, in privato eodem hoc aliquid *profecerat*.

[158] Significat id tempus quo P. Clodius, *cum* adhuc quaestor designatus esset, *deprensus* est, cum intrasset eo, ubi sacri-

---

1 ut *om. S* || interge *M* || tribuno *S* || 3 ortis *SF* orit *M* || 4 delectu *SPb* || 6 porticum *M* || 7 unum: sinum *superscr. Pab* || eum *Rinkes Mnem. X p. 219:* tum *C* || intraret: intraret priusquam *SMPcω* intraret (intrare *corr.*) clodium priusquam *(del. m. 2.) Pb* intraret clodium *Pa* || 8 iusserant *C* || hec *M* || dicit se cicero *Faω* dicit cicero se *Pb* se dicit Cicero *M* || 11 eum ut uos eum *S* ut uos *om. MP* || 12 ex more *M* || 13 et praesidio esset *C* || 15 demissosque *S* || intem *M* || 17 ne *S* || labi *C* || 18 nos iam seruis *C* || 19 adicerent *Pab* addiceret *M* || 20 lege s͂p *S* || 22 * IIII: *om. C,* urbanis *volgo;* plus quattuor in *Buecheler* || tribus *S* || in tribubus urbanis quattuor *Mommsen* || 23 tributribus *M* || 24 circum scripsisse *C* || 25 ne tum *M* || 26 profecerat *Cic.:* . . . . *C* || 27 id: ad *SM* || clodium *C* || cum *om. C in hiatu 7 (Pa) — 12 (SMFb) litterarum* || 28 deprensus *Madvig:* . . . . *C*

53 ficium pro | populo Romano fiebat. Quod factum notatum erat *gravi* S. C., decretumque extra ordinem *de ea re* iudicium fieret.

VER. A NOVIS. CLX

quo loco inducit loquentem Milonem cum bonarum partium hominibus de meritis suis:

(§ 95.) Plebem et infimam multitudinem, quae P. Clodio duce fortunis vestris imminebat, eam, quo tutior esset vestra vita, se ⟨*fecisse commemorat ut non modo virtute*⟩ flecteret, sed etiam tribus suis patrimoniis deleniret.

Puto iam supra esse dictum Milonem ex familia fuisse Papia, deinde adoptatum esse ab T. Annio, avo suo materno. Tertium patrimonium videtur significare matris; ⟨*aliud*⟩ enim quod fuerit, non invenio.

Peracta utrimque causa singuli quinos accusator et reus senatores, totidem equites ⟨*et*⟩ tribunos aerarios reiecerunt, ita ut unus et L sententias tulerint. Senatores condemnaverunt XII, absolverunt VI; equites condemnaverunt XIII, absolverunt IIII; tribuni aerarii condemnaverunt XIII, absolverunt III. Videbantur non ignorasse iudices inscio Milone initio vulneratum esse Clodium, sed compererant post quam vulneratus esset iussu Milonis occisum. Fuerunt qui crederent M. Catonis sententia eum esse absolutum; nam et bene cum re publica actum esse morte P. Clodi non dissimulaverat et studebat in petitione consulatus Miloni et reo adfuerat. Nominaverat quoque eum Cicero praesentem et
26. 44] testatus erat audisse eum a M. Favonio ante diem tertium
54 quam facta caedes erat, Clodium dixisse periturum esse eo

---

2 gravi *Madvig: hiatus 8 (MPa) uel 19 (Pb) litterarum MP, om. S* || ut extra *volgo* || ex *P* || ordine *Pb* || de ea re *Madvig:* .... *C* || 5 bonorum particū *M* || 7 infirmam *C* || 9 *verba* fecisse — virtute *om. C* || 11 deliniret *P* || 13 T. *Manutius:* C. *C* || 14 matrimonium *SPb pr.* || aliud *om. C* || 16 accusatores reus *SM*[1] || 17 et *om. C* || 18 uirum et L *SM* unam et L *Pb* || 18. 19 condemnauerunt diab soluerunt uł *S* || 19 VI: UI uł *M* || 20 *verba* IIII — absolverunt *om. S* || 25 mortem *SPb pr. ω* || dissimulauerit *C* || 28 eum *del. volgo*, se *Mommsen* || fabonio *SM* || tertium: III *SP* || 29 caedes facta *P*

triduo Milonem .... Sed Milonis quoque notam audaciam *remo*veri a re p*ublica* utile visum est. Scire t*amen* ne*mo* umquam potuit, utram sententiam *tulisset.* Damnatum autem opera maxime Appi *Claudi* pronuntiatum est. Milo postero die *nova lege* factus reus ambitus apud Manlium Torquatum [159] absens damnatus est. Illa quoque lege accusator fuit eius Appius Claudius, et cum ei praemium lege daretur, negavit se eo uti. Subscripserunt ei ⟨*in*⟩ ambitus iudicio P. Valerius Leo et Cn. Domitius Cn. f. Post paucos dies quoque Milo apud M. Favonium quaesitorem de sodaliciis damnatus est accusante P. Fulvio Nerato, cui e lege praemium datum est. Deinde apud L. Fabium quaesitorem iterum absens damnatus est de vi: accusavit L. Cornificius et Q. Patulcius. Milo in exilium Massiliam intra paucissimos dies profectus est. Bona eius propter aeris alieni magnitudinem semuncia venierunt.

Post Milonem eadem lege Pompeia primus est accusatus M. Saufeius M. f., qui dux fuerat in expugnanda taberna Bovillis et Clodio occidendo. Accusaverunt eum L. Cassius, L. Fulcinius C. f., C. Valerius; defenderunt M. Cicero, M. Caelius, obtinueruntque ut una sententia absolveretur. Condemnaverunt senatores X, absolverunt VIII; condemnaverunt equites Romani VIIII, absolverunt VIII; sed ex tribunis aerariis X absolverunt, VI damnaverunt: manifestum-

---

1 *hiatum om. P* || 2 removeri (prohiberi *Madvig* averti *Ameis*) a republica *Baiter, Rau var. lect. I p. 119:* .... ueri (ueri *P*) ar ep (c̃p *M*) .... *C* || scire tamen nemo *Rau l. l.:* sciret ...... ne *C* || 3 tulisset: .... *C* || 4 maxima *C* | appius *S* || Claudii *Pa:* ...... *S* c. *M* claudii .... *Pbω* || 5 nova lege factus *Mommsen*: ...... factus *S* factus .... *M* factus *P* || mallium *SP* || 8 se eo uti *Madvig:* reo ita *C* '*Qui beneficium, praemium similemve rem oblatam non accipit, eius haec verba sunt:* nihil ea re utor, *deque eo dicitur:* negat se ea re uti; *vide ad famil. II 17, 7, in Verr. II § 42' Madvig* || ei *Richter:* et *C* || in *om. C* || iudicia *C* || 9 Cn. f. *Manutius*: Of *S* C. f. *MP* || 10 M. *om. MP* || fabonium *SM* || quaestorem *C* || 11 P. clodio nerato *M* P. clodio neratoreo *P* pdodione. ratio reo *S* || e *om. MP* || 12 quaestorem *C* || 13 accusaverunt *Halm* || paculcius *M* || 14 massillam itra *M* || 15 semiuncia *P* semunciam *S pr.* || 17 pompeiia *SP* || primis *S pr.* || Saufius *C* || 18 expugnada *M* expugnata *S* || 19 uobillis *S* bullis *M* || casius *S* || 21 m. cęlius *M* m. cecilius *SP* || 22 VII *MP* || 23 absoluerunt VII *MP* || 24 condemnauerunt *Pbcω*

que odium Clodi saluti Saufeio fuit, cum eius vel peior 55 causa | quam Milonis fuisset, quod aperte dux fuerat expugnandae tabernae. Repetitus deinde post paucos dies apud . Considium quaesitorem est lege Plautia de vi, subscriptione ea quod loca *publica* occupasset et cum telo fuisset; nam *dux fuerat* operarum Milonis. Accusaverunt C. Fidius, Cn. Aponius Cn. f.,. M. Seius .... Sex. ⟨*f.*⟩; defenderunt M. Cicero, *M.* Terentius Varro Gibba. Absolutus *est sententiis* plenius quam prius: graves habuit XVIIII, absolutorias duas et XXX; sed e contrario hoc ac priore iudicio accidit: equites enim ac senatores eum absolverunt, tribuni aerarii damnaverunt.

Sex. autem Clodius, quo auctore corpus Clodi in curiam illatum fuit, accusantibus C. Caesennio Philone, M. Alfidio, [160] defendente T. Flacconio, magno consensu damnatus est, sententiis sex et XL; absolutorias quinque omnino habuit, duas senatorum, tres equitum.

Multi praeterea et praesentes et cum citati non respondissent damnati sunt: ex quibus maxima pars fuit Clodianorum.

---

1 salutis aufero *S* || 2 expugnatione *S* || 3 repetitus *Madvig* (*S*?): repertus *MP* || 4 *praenomen om. C* || quaestorem *C* || est: e *MP* a *S* || plantia *S* || 5 publica *s.* publica armatis *Mommsen* (*cf. lex Julia ap. Paul. V* 26, 3): .... *MP* '*deficit spatium unius dictionis*' *S mg.*, munita *Madvig* superiora *Baiter* || 6 dux fuerat *Mommsen:* .... *C* || 7 Apponius *C; an* Apronius? || Seius .... set *S* || f. *om. C* || 8 M. Terentius *P:* Terrentius *S* .... Terrentius *M* || Galba *S* || absolutus autem est *M* || 9 est sententiis *om. S in hiatu 7 litt.* || 10 ac *Pa volgo*: a *C* || 14 Caesennio *Jordan:* ciessennio *S* cessennio *MPa* ciesenio *Pb* || filone *C* || alphidio *SM*, Aufidio *Manutius* || 15 defenderunt flacconio *C* || damnatusque *MP*

Q. ASCONI PEDIANI 56

INCIPIT

PRO CORNELIO DE MAIESTATE

Hanc orationem dixit L. Cotta L. Torquato coss. post u. c. 6
annum quam superiores.

⟨*ARGUMENTUM*⟩

⟨*C.*⟩ Cornelius homo non improbus vita habitus est.
Fuerat quaestor Cn. Pompeii, dein tribunus plebis C. Pisone
⟨*M'. Glabrione*⟩ coss. biennio ante quam haec dicta sunt. u. c. 6
In eo magistratu ita se gessit, ut iusto pertinacior videretur.
Alienatus ⟨*est*⟩ autem a senatu ex hac causa. Rettulerat ad
senatum ut, quoniam exterarum nationum legatis pecunia
magna daretur usura turpiaque et famosa ex eo lucra fierent, 57
ne quis legatis exterarum nationum pecuniam expensam ferret.
Cuius relationem repudiavit senatus et decrevit satis *cautum*
videri eo S. C. quod ante annos *septem et XX L.* Domitio
C. Coelio coss. factum erat, cum senatus ante pauculos annos u. c. 6
ex eodem illo S. C. decrevisset, ne quis Cretens*ibus* pecu-
niam mutuam daret. Cornelius *ea repulsa* offensus senatui
questus est de ea *re in contio*ne: exhauriri provincias usuris;

---

6 ARGUMENTVM *om. C* || 7 C. *add. Baiter* || 9 M'. Glabrione *add. Baiter* || consule *S* || 10 iusto *Sigonius:* iustior *C* || 11 est *add. Madvig* || 13 darentur *S* || 14 ferat *C* || 15 Cuius: Quam *Rinkes Mnem. XI p. 181* || rei lationem *Mommsen* || *cautum: . . . . . . *S* factum *PM* provisum *Mommsen* || 16 quo *MP* || septem et XX L. *Baiter:* . . . . *S* Gneo . . . . *M* CN. *P;* ante annos *del. Rinkes l. l.* || 17 Caelio *s.* Celio *C* || 18 *ex eodem: . . . . *S* . . . . *M, om. P; cf. Cass. Dio fr. 111, 3 Bk.* || cretens . . . . . . *S* cretensibus . . . . *M* || 19 mutuatam *M* || *ea repulsa: ea re . . . . . *M* . . . . *S* ea re *P* || 20 re in contione *Sigonius:* . . . . ne *C;* deinde in contione *Rinkes l. l.*

provideri ut haberent legati unde praesentia *munera* da-
rent; promulgavitque legem qua *auctoritatem* senatus minue-
bat, ne qui nisi per populum legibus solveretur. Quod an-
tiquo quoque iure erat cautum; itaque in omnibus S. C.
quibus aliquem legibus solvi placebat adici erat solitum, ut
de ea re ad populum ferretur: sed paulatim ferri erat de-
situm resque iam in eam consuetudinem venerat, ut postremo
ne adiceretur quidem in senatus consultis de rogatione ad
populum ferenda; eaque ipsa S. C. per pauculos admodum [92]
fiebant. Indigne eam Corneli rogationem tulerant potentis-
simi quique ex senatu, quorum gratia magnopere minuebatur;
itaque P. Servilius Globulus tribunus plebis inventus erat
58 qui C. | Cornelio obsisteret. Is, ubi legis ferundae dies venit
et praeco subiciente scriba verba legis recitare populo coepit,
et scribam subicere et praeconem pronuntiare passus non est.
Tum Cornelius ipse codicem recitavit. Quod cum improbe
fieri C. Piso consul vehementer quereretur ⟨*tollique*⟩ tribuni-
ciam intercessionem diceret, gravi convicio a populo exceptus
est; et cum ille eos qui sibi intentabant manus prendi a
lictore iussisset, fracti eius fasces sunt lapidesque etiam ex
ultima contione in consulem iacti: quo tumultu Cornelius
perturbatus concilium dimisit ..... Actum deinde eadem de
re in senatu *est magnis* contentionibus. Tum Cornelius ita
ferre *rursus* coepit, ne quis in senatu legibus solveretur nisi *CC*
non minus adfuissent, neve quis, cum *quis ita solutus* esset,

---

1 *prouidendum *MP*........... *S,* propterea *Mommsen* || munera (*s.* dona potentioribus) *Mommsen: hiatus 6* (*SPb*) *s. 12* (*MPa*) *litt. C,* in dies *Buecheler;* suppeditarent *Halm nunt. Monac. 1862 II p. 18* || ne haberent legati unde praesentem pecuniam dividerent *Rau var. lect. I p. 120* || 2 auctoritatem *P:* auctoritate *M*....... *S* || 3 qui nisi: qui uisui *M* qui uis (qui *Pb*) *SP* || 5 alique *M* || adiecerat *C* || 6 ea *om. SM* || 11 ex senatu *Sigonius:* ex S. C. *C* || 13 C.: L. *C* || obsideret *M* || legisfer ūn *M* legifer unde *S* || 14 recitaret *MPb ante corr.* || 17 L. Piso *C* || tollique *post Manutium add. Hotomann* || 19 eos: cos. *P* cons. *S* || 20 littore *P* litore *M* || fastes *M* || sunt *Gronov, Madvig:* cuncti *C* || 22 *hiatum om. P* || 23 est magnis *om. S* || magni *M* || cum *S* || 24 ferretur ...... coepit *S* ferretur rursus ...... coepit *M* || *verba* in senatu — neve quis *om. S* || 24. 25 CC *P* .... *M* (*an* CL? *cf. ad p. 64, 17*) non minus *add. Mommsen* || quis ita solutus *Mommsen:* solutus *MP* ...... *S*

intercederet, cum de ea re *ad populum* ferretur. Haec sine tumultu res *acta est.* Nemo enim negare poterat pro *senatus* auctoritate esse eam legem; sed tamen *eam tulit* invitis optimatibus, qui vel ⟨*per*⟩ paucos *talia S. C.* gratificari solebant. Ali*am* deinde legem Cornelius, etsi nemo repugnare ausus est, multis tamen invitis tulit, ut praetores ex edictis suis perpetuis ius dicerent: quae res † eumaut gratiam ambitiosis praetoribus, qui varie ius dicere assueverant, sustulit. Alias quoque complures leges Cornelius promulgavit, quibus plerisque collegae intercesserunt: per quas contentiones totius tribunatus eius tempus peractum est.

Sequenti deinde anno M'. Lepido L. Volcacio coss., quo 59 u. anno praetor Cicero fuit, reum Cornelium duo fratres Cominii [93] lege Cornelia de maiestate fecerunt. Detulit nomen Publius, subscripsit Gaius. Et cum P. Cassius praetor decimo die, ut mos est, adesse iussisset, eoque die ipse non adfuisset seu avocatus propter publici frumenti curam seu gratificans reo, circumventi sunt ante tribunal eius accusatores a notis operarum ducibus, ita ut mors intentaretur, si mox non desisterent. Quam perniciem vix effugerunt interventu consulum qui advocati reo descenderant. Et cum in scalas quasdam Cominii fugissent, clausi in noctem ibi se occultaverunt, deinde per tecta vicinorum [aedium] profugerunt ex urbe. Postero die, cum P. Cassius adsedisset et citati accusatores non adessent, exemptum nomen est de reis Corneli; Cominii autem magna infamia flagraverunt vendidisse silentium magna pecunia.

Sequente deinde anno L. Cotta L. Torquato coss., quo u. c.

---

1 re .... ferretur *S* || Hoc *M* || 2 res esset intercederet cum de ea re .... nemo *S* || pro ...... auctoritate *S* pro auctoritate senatus *MP* || 3 eam tulit *om. S,* eam quoque tulit *Mommsen* || 4 per paucos talia S. C. *Mommsen*: paucos .... (*6 litt. M*) *C,* pauci S. C. eiusmodi *Madvig* || 5 ali ..... deinde *S* || et sine more pugnare *C* || 6 tulitit *M* || 7 eum aut *C:* summatim *Mommsen* cunctam *Baiter* || 8 qui: que *M* || substulit *SM* || 9 plerique *SP* || intercesserũ et *S* intercessurum et *M* || 10 totus *P* || *eius tempus: tempore eius *SP* eius *M* || 12 M. *C* || 13 reum Cornelium *om. M* || 14 scripsit *S* || 15 C.: L. *Cic. pro Cluentio 36, 99* || 17 aduocatus *SM* || 18 an tribunal *SM* || 21 scalas] aedes *Rinkes l. l. p. 182* || 22 clauso *C* || 23 *uicinarum *C* || aedium *om. SM* || 24 P. *om. M* || 25 adesset *M* || exemplũ *M*

haec oratio a Cicerone praetura *nuper peracta* [praetore] dicta
60 est, cum prima pars . . . . Ma|nilius, qui iudicium per operarum
*duces tur*baverat, deinde quod ex S. C. ambo cons*ules prae*-
sidebant ei iudicio, non respondi*sset absens*que esset damna-
tus, recreavit se *Cominius, ut infam*iam acceptae pecuniae
tolleret, ac *repetiit* Cornelium lege maiestatis. Res acta est
magna expectatione. Paucos autem ho*mines* Cornelius per-
territus Manili exitu *recenti* in iudicium adhibuit, ut ne cla-
mor quidem ullus ab advocatis eius oriretur.

Dixerunt in eum infesti testimonia principes civitatis, qui
plurimum in senatu poterant, Q. Hortensius, Q. Catulus,
Q. Metellus Pius, M. Lucullus, M'. Lepidus. Dixerunt autem
hoc: vidisse se cum Cornelius in tribunatu codicem pro
rostris ipse recitaret, quod ante Cornelium nemo fecisse existi-
maretur. Volebant videri se iudicare eam rem magnopere
ad crimen imminutae maiestatis tribuniciae pertinere; etenim
prope tollebatur intercessio, si id tribunis permitteretur. Non
poterat negare id factum esse ⟨*Cicero, sed*⟩ eo confugit, ut
61 diceret non | ideo, quod lectus sit codex a tribuno, imminu-
tam esse tribuniciam potestatem. Qua vero arte et scientia
orationis, ita ut et dignitatem clarissimorum civium contra [94]
quos dicebat non violaret, et tamen auctoritate eorum laedi
reum non pateretur, quantaque moderatione rem tam difficilem
aliis tractaverit, lectio ipsa declarabit. Adiumentum autem

1 praetura . . . . praetore *S* . . . . praetore *M* praetore *P*, *suppl. Mommsen* || 2 pars M. Manilius *P*, parte anni C. Manilius *Madvig;* cum primum apparuisset Man. *Sigonius;* cum primum effugisset maiestatis accusationem Manilius, quia *Mommsen. an* cum primum pari modo elusisset accusationem collega Corneli C. Manilius, quia? || operarium *M* || 3 duces turbauerat *Pa²b* : . . . . . . bauerat *S* iudices turbauerat *MPa¹*, duces similiter turb. *Mommsen* || dein *P*, *del. Popma* || ambo *Popma* : anno *C* || cons . . . . *C* || 4 praesidebant *MP* : sidebant *S* || * ei : et *C* || * respondi . . . . q̄ *S* respondisset atque *P* respondi atque *M* || 5 *sq.* * recreauisset . . . . iam (*sine hiatu S*) accepta pecunia tollere ait . . . . Cornelium *C* || 7 magna *om. S* || * paucos ante me go. . . . . *C*, paucos autem admodum *Mommsen* paucos ante menses. Ergo tantam *Madvig* || 8 exitū *M* || * recenti : . . . . *C*, neminem *Rinkes Mnem. XI p. 182* || 9 ullus *Manutius :* illius *C* | 12 L. Lucullus *P* || M. lepidus *P* l. lepidus *SM* || 14 extimaretur *P* || 16 potestatis *Orelli* || etenim *Manutius* : et cum *C*, *an* cum prope tolleretur? || 17 intercessi *S* || 18 poterat orator negare *Rinkes l. l. p. 183* || Cicero *Baiter* : *om. C* || sed *Rinkes l. l.*: is *C* || 19 ideo quod : uideo quo *C* || 23 reum : eum *S* || 24 aliis : Tullius *Rinkes Mnem. XI p. 183; an* administraverit? || declarauit *S*

habuit quod, sicut diximus, Cornelius praeter destrictum propositum animi adversus principum voluntatem cetera vita nihil fecerat quod magnopere inprobabatur; praeterea quod et ipse Globulus qui *interces*serat aderat Cornelio, ⟨*et*⟩ (quod ipsum quoque diximus) quod Cornelius *Pompeii* Magni quaestor fuerat, apud duas *partes reo* proderat equitum Romanorum et tribuno*rum aerariorum* et ex tertia quoque parte *senatorum* apud plerosque exceptis eis *qui erant* familiares principum civitatis. Res *acta est* magno conventu, magnaque expe*ctatio fuit* quis eventus iudicii futurus esset. *Namque et* a summis viris dici testimo|*nia in Cornelium* et 62 id quod ei dicerent confiteri *reum* animadvertebant. Extat oratio Comini accusatoris, quam sumere in manus est aliquod operae pretium, non solum propter Ciceronis orationes quas pro Cornelio habemus, sed etiam propter semet ipsam. Cicero ⟨*ut*⟩ ipse significat quatriduo Cornelium defendit; quas actiones contulisse eum in duas orationes apparet. Iudicium id exercuit Q. Gallius praetor.

[In hac causa tres sunt quaestiones: prima, cum sit Cornelius reus maiestatis legis Corneliae, utrum certae aliquae res sint ea lege comprehensae quibus solis reus maiestatis teneatur, quod patronus defendit; an libera eius interpretatio iudici relicta sit, quod accusator proponit. Secunda est, an

---

1 prepositum *M* || 2 *animaduersus *S* aduersus *MP* || 3 *inprobabantur *S* inprobat˜ *M* inprobaretur *P* || 4 globolus *S* || qui . . . . . . serat *C* || Cornelius *S* || 5 et *om. C* || Pompeii *P:* . . . . . . *SM* || 6 duos *M* || partes (*ita Sauppe,* decurias *Madvig*) reo proderat *Buecheler:* . . . . praeferat *SM* . . . . praefecturas *P* || 7 tribunorum aerariorum *Baiter:* tribuno . . . . *C* || externa *M* || 8 *senatorum: *hiatus 7* (*SPa*) — *12* (*Pb*) *litterarum SP om. M,* gratus erat *Rinkes l. l. p. 185* || exceptis his *M* extepisus *S* || qui erant familiares *Madvig, Rinkes Mnem. XI p. 185:* . . . . familiaris *C* || 9 principiū *M* || acta est *P:* acta est . . . . *M* . . . . *S* || *verba* magno conventu — Cornelium (11) *om. M* || 10 exspe . . . . *S* expectatione *P, suppl. Buecheler* || 11 *namque et: . . . . *C* || *dicit extimo (estimo *Pbω*) . . . . *C* || 12 reum *Manutius:* . . . . *S, om. MP* || 13 Cominii *Madvig, Orelli:* hominis *C* || aliquot *C* || 14 opera etiam *S* || 15 ipsum *P* || 16 *ut *om. C* || quas: duas *C* || 17 cum *C* || appareat *C* || 18 Gallius *Manutius:* Gallus *C* || 19 — *p. 55, 2 om. P, seclusimus ut ab Asconi familiaris interpretationis ratione aliena. cf. Quint. VII 3, 35* || 19 cur *S* || 21 *sunt *SM* || ea *Mommsen, Buecheler:* ex *SM* || 22 *interpretatione iudicii *SM*

quod Cornelius fecit, ex eo maiestatis teneatur. Tertia, an minuendae maiestatis animum habuerit.]

⟨*ENARRATIO*⟩

VER. A PRIMO CIRCI. CLX [95]

Postulatur apud me praetorem primum de pecuniis repetundis. Prospectat videlicet Cominius, quid agatur: videt homines faeneos in medium ad temptandum periculum proiectos.

Simulacra effigie hominum ex faeno fieri solebant, quibus obiectis ad spectaculum praebendum tauri irritarentur.

63 Quid? Metellus summa nobilitate ac virtute, cum bis iurasset, semel priva*tim, iterum lege, nonne* privatim patris, publice legis *officio* deiectus est? ratione an vi? at utri*mque omnem* suspicionem animi tollit *et C. Curionis* virtus ac dignitas et Q. Metelli s*pectata* adulescentia ad summam laudem *omnibus* rebus ornata.

Hoc exemplum *affert* hoc loco, quod vult probare desistere *Cominium debere* ab accusatione (quamvis neque *reus factus sit* neque fecerit pactionem): nam Metellus et postulaverat Curionem et destiterat. Confugit autem orator ad Metelli nobilitatem et ad C. Curionis industriam, ut tegeret id quod illi utilius quam honestius fecerant. Res autem

1 *ex eo: ne ea *M* ne ca *S* || 3 *om. C* || 4 *CLXI *C* || 5 a me praetore *C, corr. Manutius* || primum *om. M* || 6 cominus *M* || 7 uidet *C:* videtis *Mommsen* || homine *M* || 8 proiectus *SPb* || 9 efficies *M* effigies *P* || faeneo *S* || 9 solebat *M* || 10 spectandum *M* || 12 *privatim, iterum lege, nonne: priua . . . . *S* priuatim *MP,* privatim et iterum lege *Rinkes Mnem. XI p. 186* || 13 priuatum *C* || *patre *C* || *officio: . . . . . *SM om. P* || 14 *an ui ad utri . . . . *SP* ãiã aduerti . . . . *M* || 15 *et C. Curionis (*cum Manutio*): . . . . *C* || 16 *metelli s . . . . . . (*hiatus 3 litt. Pa, 9 litt. Pb*) *SP* metelli . . . . *M* || 17 omnibus *P:* . . . . *S om. M* || ornatam *C* || 18 affert (affere *Pa*) *MP*: . . . . . . *S* || 19 Cominium debere *Madvig*: eum debere *MP* . . . . *S* || quamquam *P* || 20 *reus factus sit (*et sic fere Mommsen*): . . . . *S* accusauerit *MP;* quamvis vere accusarit *Madvig* || fecerint *S* || pactionem *Manutius:* actionem *C* || nam et *S* || 21 desistere *SPω* desiderat *M* || 22 tegeret *Orelli:* legeret *C*

tota se sic habet: in qua quidem illud primum explicandum est, de quo Metello hoc dicat. Fuerunt enim tunc plures Quinti Metelli, ex quibus duo consulares, Pius et Creticus, de quibus apparet eum non dicere, duo autem adulescentes, Nepos et Celer, ex quibus nunc Nepotem significat. Eius enim patrem Q. Metellum Nepotem, Baliarici filium, Macedonici nepotem, qui consul fuit cum T. Didio, Curio is de quo loquitur accusavit: isque Metellus moriens petiit ab hoc filio suo Metello, ut Curionem accusatorem suum accusaret, et id facturum esse iure iurando adegit. Metellus fecit reum Curionem; cumque interim quendam civem idem Metellus servum suum esse contendens vi arripuisset ac verberibus
[96] affecisset, Curio assertorem ei comparavit. Dein cum appareret eum exitum iudicii illius futurum, ut liber is iudicaretur quem Metellus verberibus affectum esse negare non poterat, *inter* Metellum et Curionem facta *pactio est, ut neque* arbitrium de libertate perage*retur*, *redi*ret tamen ille in libertatem de quo *agebatur*, neque Metellus perstaret in ac*cusatione* Curionis: eaque pactio ab | utroque *observata* est. 64
Huc ergo illud pertinet, *quod bis eum* iurasse dicit, semel privatim *apud patrem*, iterum lege, tum scilicet cum in Curionem calumniam iuravit. Cum hoc autem Metello postea Cicero simultates gessit; evasit enim Metellus malus atque improbus civis.

Legem, inquit, de libertinorum suffragiis Cornelius C. Manilio dedit. Quid est hoc 'dedit'?

---

1 explicare dum *SM* || 2 *dicit *C* || 4 cum non diceret *S* || 5 celes *S* || 6 ballearici *M* ualliaraici *S* || macedoni *C* || 8 accusabis *S* || 9 accusare *S* || 10 esse: et se *S* || se adegit *M* || 12 ui *P:* cui *SM* || 13 deinde *M* || 15 affectum uerberibus *M* || 16 inter *P:* *om. in hiatu 8 litt. M 17 litt. S* || pactio est ut neque *Manutius:* pactione *Paω* pactione ut *Pb* concordia *M* . . . . *S* || 17 perageretur *Madvig* rediret (perveniret *Mommsen*) tamen *nos:* peregeṝ . . . . (. . . . . *S*) sed tamen (etiam *Pa*) *C* || libertate *M,* libertate degeret *Madvig* || 18 *agebatur: . . . . *SM, om. P* || in accusatione *P:* in ac . . . . . . *S* in hac *M* || 19 observata *Mommsen:* . . . . *S* firmata *MP* || 20 hoc *C* || *quod bis eum: . . . . *SM* cum *P* || *dixit *C* || 21 *apud patrem: . . . . *SM* et *P* || lege, tum *Sigonius:* legatum *C* || 22 iurauit *P:* rogauit curauit *S* durarum *M* || 25 libertorum *S* (?) || 26 C. Manilio *Manutius:* cũ Mallio (manlio *M*) *C*

Attulit? an rogavit? an hortatus est? Attulisse ridiculum est, quasi legem aliquam aut ad scribendum difficilem aut ad excogitandum reconditam: quae lex paucis his annis non modo scripta, sed etiam lata esset.

P. Sulpicium in tribunatu hanc eandem legem tulisse iam significavimus. Tulit autem L. Sylla, qui postea Felix appel-
u. c. 666 latus ⟨*est*⟩, Q. Pompeio consulibus ante XXIII annos quam haec dicta sunt, cum per vim rem p. possedisset ⟨*et*⟩ ab initiis bonarum actionum ad perditas progressus esset: quod et initium bellorum civilium fuit, et propter quod ipse Sulpicius consulum armis iure oppressus esse visus est.

65 In quo cum multa reprehensa sint tum inprimis celeritas actionis.

Celeritatem actionis significat, quia Manilius, sicut iam ostendimus, post pauculos statim dies quam inierat tribunatum legem eandem Compitalibus pertulit.

Petivit tamen a me praetor maxima contentione, ut causam Manili defenderem.

C. Attium Celsum significat, sicut iam ante dictum est.

VER. A PRIMO DCCCL [97]

dicit de eodem Manili tribunatu:

Nam cum *tr. pl. factus* duas leges in eo magistratu tulisset, *unam perniciosam*, alteram egregiam: quod *malum visum est rem* p. non laesit, sed

1 attulit *Madvig:* an tulit *C* || attulisse *Madvig:* an tulisse *C* at tulisse *Baiter* || 2 qui legem *M* || 3 recognitam *C* || 6 *iam: eam *SM, om. P* || 7 significabimus *C* || 8 est *add. Madvig* || XXIII *Manutius:* XVI (sexdecim *S*) *C* || 9 et *om. C* || 10 esset *om. M* || 12 consulum *Madvig:* coss. (cons. *s.* cos. *P*) *C* || iure *Sigonius:* ire *C* || esset uissus *S* || 13 sunt *Sigonius* || 15 quia: ut *C* || 18 tam . . . . p̅r̅ *S* || p̅r̅ *C*, pater *Pω Madvig,* praetore *Manutius* || *contentione: constitutione *C*, contestatione *volgo* || 20 C. Attium *Madvig:* Cattium *MP* cartium *S* || clsū *M* || 21 DCCCCL *MP* || 23 tr. pl. factus *Mommsen*: T. ple. *M* is tr. pl. *P* . . . . *S* || 24 tulisset in eo magistratu *P* || unam pernitiosam *P* unam peritiosā *M* . . . . ciosam (*in mg.* alteram pernitiosam) *S* || 25 *ma-l̄um visum est rem p.: . . . . . . puͣ *S* summa res p. (rep. *M*) *MP* || laesit *Crenius:* haesit *C*

ab illo ipso *qui paraverat* abiectum est, bonum autem quod *excogitavit de* summa rep. manet et in⟨*perii*⟩ vestri ordina*rios hostes* dispulit.

Dictum est iam supra de his legibus, quas nunc ⟨*tangit:* 66
altera fuit⟩ de libertinorum suffragiis, quae cum S. C. damnata esset, ab ipso quoque Manilio ⟨*non*⟩ ultra defensa est: altera de bello Mithridatico Cn. Pompeio extra ordinem mandando, ex qua lege tum Magnus Pompeius bellum gerebat.

Dicit de disturbato iudicio Maniliano:

Aliis ille in illum furorem magnis hominibus auctoribus impulsus est, qui aliquod institui exemplum disturbandorum iudiciorum ⟨*reip.*⟩ perniciosissimum, temporibus suis accommodatissimum, meis alienissimum rationibus cupierunt.

L. Catilinam et Cn. Pisonem videtur significare. Fuit autem Catilina patricius et eodem illo tempore erat reus repetundarum, cum provinciam Africam obtinuisset et consulatus candidatum se ostendisset. Accusator erat eius P. Clodius, adulescens ipse quoque perditus, qui postea cum Cicerone inimicitiam gessit. Cn. quoque Piso, adulescens potens et turbulentus, familiaris erat Catilinae omniumque consiliorum eius particeps et turbarum auctor.

VER. CIR. ∞X

Possum dicere hominem summa prudentia spectatum C. Cottam de suis legibus abrogandis ipsum ad senatum rettulisse.

Hic est Cotta de quo iam saepe diximus, magnus orator habitus et compar in ea gloria P. Sulpicio et C. Caesari

---

1 *ipso qui paraverat: ipso *S* ipso tr *P* ipso tribunum *M* || biectum *M* || 2 excogitavit de *Mommsen:* . . . . . . *SM, om. P* || resp. *C* || inperii vestri ordinarios hostes dispulit *Mommsen:* in uestri ordina . . . . . (*hiatum om. M*) dis fuit (dis . . . . fuit *P*) *C* || 4 *iam: etiam *C* || supra de his *Manutius:* supradictis *C* || quas nunc: quarum una *Manutius;* tangit: altera fuit *add. Mommsen* || de: deliberatura de *M* || 6 *non *om. C* || ultra *SM* altera *P* | altero *M* || 8 tum: cum *C* || 10 ab aliis *Halm nunt. Monac. 1862 II p. 19* || 11 aliquot *SM* || instituit *C*, statui *Buecheler* || 12 reipublicae *add. Patricius* || 14 meis: eis *C* || cupierˉ *C* || 17 *verba* et consulatus — ostendisset *om. S* || 18 erat *om. S* || 20 inimicitias *P* || Piso: ipse *C* || 22 turarum *S* || 23 *SXI *C* || 24 *captum *C*, clarum *volgo* || 25 cocta inde *S* cottam in *M* || 26 retulisset *Spr*

aequalibus. Videntur autem in rebus parvis fuisse leges [98] illae, *quas* cum tulisset, rettulit de eis abrogandis ad senatum; nam neque apud Sallustium neque apud Livium neque apud Fenestellam ullius alterius latae ab eo *legis est* mentio praeter eam quam in consulatu *tulit invita* nobilitate magno populi studio, ut eis *qui tr. pl.* fuissent alios quoque magistratus *capere* liceret; quod lex ⟨*a*⟩ dictatore L. Sylla paucis *annis ante* lata prohibebat: neque eam Cottae legem abrogatam esse significat.

67 SEQUITUR

Possum etiam eiusdem Cottae legem de iudiciis privatis anno post quam lata sit a fratre eius ⟨*abrogatam*⟩.

⟨*M.*⟩ Cottam significat. Fuerunt autem ⟨*fratres*⟩ tres: duo hi, C., M., tertius L. Cotta, qui lege sua iudicia inter tres ordines communicavit senatum, equites, tribunos aerarios; adeptique sunt omnes consulatum.

STATIM

Legem Liciniam et Muciam de civibus regundis video constare inter omnes, quamquam duo consules omnium quos nos vidimus sapientissimi tulissent, non modo inutilem sed perniciosam rei publicae fuisse.

L. Licinium Crassum oratorem et Q. Mucium Scaevolam pont. max. eundemque et oratorem et iuris consultum signi-

---

1 * aequalibus: .... *SM om. P* || 2 illae, quas cum *P:* illae ..... cum *S* ille ..... quas *M* || de his *C* || 3 nam *om. M* || nō apud libium *M* || 4 apud .... fenestellam *M* || legis *MP:* .... *S,* est *add. Buecheler* || 5 in consulatu tulit invita *Madvig* (invita *iam Sigonius*): in contione .... (*6 litt. spat. S*) *C* || nobilitatē *M* || 6 eis qui tr. pl. *Manutius:* his ... . *SP* his *M* || magistratu *M* || 7 capere liceret *Manutius:* .... aliter et *C* || a *add. Manutius* || dictatori *S* || 8 annis ante *Manutius:* .... *C* || prohibebant *SM* perhibebant (per prohibebant *Pb*) *P* || *verba* abrogatam — Cottae legem (*l. 11*) *om. S* || ei rogatam *M* || 9 significant *M* || 11 eiusdem *Manutius:* eius *MP* || 13 abrogatam *add. Manutius* || 14 M. *om. C* || fratres *add. Buecheler* || duo hic m *C* || M.: et M. *Manutius* || 16 equitē *M* || 19 redigundis *Halm l. l. p. 19* || 20 quamquam *Halm:* quam *C,* cum *Baiter* || 21 nos *om. MP* || tulisset *M* || 24 L.: P. *C* || licinnium cassum *M*

ficat. Hi enim legem eam de qua loquitur de regendis in sua civitate sociis in consulatu tulerunt. Nam cum summa u. c. 65 cupiditate civitatis Romanae Italici populi tenerentur et ob id magna pars eorum pro civibus Romanis se gereret, necessaria lex visa est, ut in suae quisque civitatis ius redigeretur. Verum ea lege ita alienati animi sunt principum Italicorum populorum, ut ea vel maxima causa belli Italici
[99] quod post triennium exortum est fuerit.

Quattuor omnino genera sunt, iudices, in quibus per senatum more maiorum statuatur aliquid de legibus. Unum est eius modi placere legem abrogari: ut Q. Caecilio M. Iunio cos., quae leges u. c. 64 rem militarem impedirent, ut abrogarentur.

Q. Caecilius Metellus Numidicus, M. Iunius Silanus, de 68
quibus facit mentionem, consules fuerunt *bello Cim*brico, quod diu prave simul et infeliciter *adminis*tratum est; atque ipse quoque hic *Iunius* male rem adversus Cimbros gessit. *Idem postea* plures leges, quae per eos annos *ab iis qui grat*ificabantur populo latae erant, quibus militiae stipendia minuebantur, abroga*vit*.

Quartum, quae lex lata esse dicatur, ea non videri populum teneri: ut L. Marcio Sex. Iulio u. c. 66 cos. de legibus Liviis.

Puto vos reminisci has esse leges Livias quas illis con-

---

1 hic enim *SM* || redigendis in suas civitates *Pighius* || 2 in suo cons. *P* || nam cum: nam *SM* cum *P* || 3 civitati *S* || 4 se gereret *P:* regeret *SM* || 10 stuat˜ *M* || 11 huiusmodi *S* || 12 abrogare *C* || M. Iunio: m. emilio *C* || 13 militarent *S* || 14 numidicus metellus *C* || siluius *C* || 15 bello cimbrico *P:* .... brico *S* bello .... cimbrico *M* || 16 *administratum: demonstratum (demostr. *S*) *SM* gestum *P* || 17 Iunius *P*: unius *M* .... *S* || combros *Spr* || gessit. Idem postea *Mommsen*: gessi .... *S* gessit ..... ac *M* gessit ac *P*, gessit, ac ⟨senatus⟩ *Rinkes Mnem. XI p. 189* || 18 ab iis qui gratificabantur *Madvig:* .... significabantur *S* quibus hec significabantur *MP* || 19 erat *M* || 20 abroga .... *S* abrogauit q̊ .... *M* || 21 Quartum quae *S:* Quartu q; *M* Quantunque *P*, alterum *volgo. Haec adnotatio cum sequenti locum mutasse videtur* || contra auspicia lata *Ahrens de Ti. Graccho p. 110* || esset *S* || 22 Sex.: s& *S* || 23 Liviis *Manutius:* uiuiis *S* uiniis *M* iuniis *P* || 24 Livias *Manutius:* iuuias *S* uiuas *M* iunias *P* || illi *S*

sulibus M. Livius Drusus tribunus plebis tulerit. Qui cum senatus partes tuendas suscepisset et leges pro optimatibus tulisset, postea eo licentiae est progressus, ut nullum in his morem servaret. Itaque Philippus cos., qui ei inimicus erat, obtinuit a senatu, ut leges eius omnes uno S. C. tollerentur. Decretum est enim contra auspicia esse latas neque eis teneri populum.

Tertium est [de legum abrogationibus] —: quo de genere persaepe S. C. fiunt, ut nuper de ipsa lege Calpurnia quo derogaretur.

Lex haec Calpurnia de ambitu erat. Tulerat eam ante
u. c. 687 biennium C. Calpurnius Piso cos., in qua praeter alias poenas pecuniaria quoque poena erat adiecta.

P. Africanus ille superior dicitur non solum a sapientissimis hominibus qui tum erant, verum etiam a se ipso saepe accusatus esse quod, cum
u. c. 560 consul esset cum Ti. Longo, passus esset tum primum a populari consessu senatoria subsellia separari.

69 Hoc factum est secundo consulatu Scipionis post septimum annum quam Carthaginensibus bello secundo data est [100] pax. Factum id esse autem Antias tradit ludis Romanis quos fecerunt aediles curules ⟨*C.*⟩ Atilius Serranus, L. Scribonius Libo, et id eos fecisse iussu censorum Sex. Aeli Paeti, C. Corneli Cetegi. Et videtur in hac quidem oratione hunc auctorem secutus Cicero dixisse *passum* esse Scipionem secerni a cetero *consessu* spectacula senatorum. In ea autem, quam post aliquot annos habuit de aruspicum

1 m. lubilius *C* || 3 ea licentia *C* || 5 tollerarentur *M* || 6 his *C* || 8 derogationibus *Manutius*, de legum abrogationibus *del. Madvig; Ciceronis sententiam ab Asconio omissam talem fingit Buecheler:* Tertium est derogari legi obrogarive quo derogetur || 9 de: in *Buecheler* || fiunt: facta sunt *Halm l. l. p. 19* || 10 quo *Buecheler*: que (quae *S*) *C* cui *Lambinus* || 12 alias leges penas *S* || 14 ut dicitur *volgo* || 16 esse *Baiter:* est *C* || 17 Ti. *Manutius:* ter *M* T. *SP* || primum a *Manutius:* plurima *C* || 18 consensu *SM Pb*[1] || seperari *S* || 20 cons. *S* || 22 tradidit *MP* || 23 C. *add. Manutius:* || attilius *SM* || seranus *S* || L. *Manutius:* T. *C* || 24 Libo, et id eos *Baiter:* libo cideos *C* || ius *C* || 25 leti *C* || quidem *om. P* || orationem *M* || 26 hunc quidem *P* || secutum *P* || passum *om. S in hiatu 13 litt.* || 27 consessu: consensu *MPb*[1] *om. S in hiatu 11 litt.* || 28 autem: ante *M* || postulo quot *SM*

responso, non passum esse Scipionem, sed [ipsum] auctorem fuisse dandi eum locum senatoribus videtur significare. Verba eius haec sunt: Nam quid ego de illis ludis lo- [12, 24 quar quos in Palatio nostri maiores ante templum Matris Magnae ⟨*Megalesibus*⟩ fieri celebrarique voluerunt? — quibus primum ludis ante populi consessum senatui locum P. Africanus II cos. ⟨*ille maior dedit* **** *a Scipione Africano II cos.*⟩ et collega eius Sempronio Longo hoc tributum esse senatui scribit, sed sine mentione Megalesium (aediles enim eos ludos facere soliti erant) votivis ludis factum tradit quos Scipio et Longus coss. fecerint. Non praeterire autem vos volo esse oratoriae calliditatis [ius] ut, cum opus est, eisdem rebus ab utraque parte vel a contrariis utantur. Nam cum secundum Ciceronis opinionem auctore Scipione consule | aediles secretum ante 70 omnis locum spectandi senatoribus dederint, ⟨*de*⟩ eodem illo facto Scipionis in hac quidem oratione, quia causa popularis erat premebaturque senatus auctoritate atque ob id dignitatem eius ordinis quam posset maxime elevari causae expediebat, paenituisse ait Scipionem quod passus esset id fieri; in [ea] oratione de aruspicum responso, quia in senatu habebatur cuius auribus erat blandiendum, et magnopere illum laudat et non auctorem fuisse dandi (nam id erat levius), sed ipsum etiam dedisse

[101] dicit.

CIRCA MEDIUM

quo loco enumerat, cum lex feratur quot loca intercessionis sunt:

*** iubeat discedere, est utique ius vetandi, cum ea feratur, quamdiu *quibus ius est suffragii* ferundi

---

1 possum *M* || ipsum *om. S* || actorem *S* || 2 eum: cum *M* || 5 Megalesibus *Cic.: om. C* || 7 consensum *S* consensu *M* || *lacunam notavit Markland praef. ad Cic. IV oratt. p. LXX Wolf. Intercidit auctoris nomen, velut* Fenestella quoque *eqs.* || 9 logo *M* || 10 mensione *S* || 12 fecerit *M* || 13 nostrae ius *S* || ius *del. Manutius* || est *Baiter:* esset *C* || 14 a *om. M* || 16 *de *om. C* || 17 populari *M, Pa pr.* || 19 posset *Orelli:* possit *C* || elabari *C* || 20 in ea autem (*del.* oratione) *Halm nunt. Monac. 1862 II p. 20* || 21 de: ad *S* || respondendo *S* || 22 obediendum *M* || illam *SM* || 26 * numerat *C* || 28 *suppl. fere* at prius quam lator legis populum iubeat (*cf. Rau v. l. I p. 135*) || discedere *Sigonius* (*cf. Cic. legg. III 4, 11*): dicere *C* || uti quod *SM* || 29 quamdiu .... *C, suppl. Buecheler*; quamdiu nondum in suas quisque tribus cives suffragii causa ferundi *Mommsen*

transferuntur; id est *dum recitatur* lex, dum privati dicunt, dum *summovetur populus,* dum sitella defertur, dum aequa*ntur* sortes, dum sortitio fit, et si qua sunt alia huius generis.

Astat populus confusus ut semper alias, ita et in contione. id⟨*eo ceteris*⟩ peractis, cum id solum superest, ut populus sententiam ferat, iubet eum is qui fert legem discedere: quod verbum non hoc significat quod in communi consuetudine, ⟨*ut ab*⟩eant de eo loco ubi lex feratur, sed in suam quisque tribum discedat in qua est suffragium laturus.

71 PAULO POST

Unum tamen quod hoc ipso tr. pl. factum est praetermittendum non videtur. Neque enim maius est legere codicem, cum intercedatur, quam sitellam ipsum de ipso intercessore deferre, nec gravius incipere ferre quam perferre, nec vehementius ostendere se laturum invito collega quam ipsi collegae magistratum abrogare, nec criminosius tribus ad legem accipiendam quam ad collegam reddendum privatum intro vocare: quae vir fortis, huius collega, A. Gabinius in re optima fecit omnia; neque, cum salutem populo Romano atque omnibus gentibus finem diuturnae [cupiditatis] turpitudinis et servitutis afferret, passus est plus unius collegae sui quam universae civitatis vocem *valere* et voluntatem.

Manifestum est de ea lege *Gabini* Ciceronem nunc dicere, qua Cn. Pompeio bellum adversus piratas datum est.

---

1 *dum recitatur *om. in hiatu 8* (*P*) *vel 11* (*M*) *vel 17* (*S*) *litterarum C* || 2 summovetur populus (*cf. Liv. XXV 3, 16*) *Mommsen:* .... (..... *M*) *C* || sitela *M* || 3 equo .... si fortes *S* || 5 astat *Buecheler:* alia *C* || alias: alia *C* || *contione id peractis *C,* coutione est. Iis peractis *Mommsen* || 7 eum *SM*: enim *P* || discedere *Rau*: dicere *C* || 8 ut abeant *Mommsen* (*sim. Rau*): eant *C,* erat *volgo* || 9 fertur *P* || 10 discedat *Manutius:* descendat *C* || daturus *S* || 12 tamē *S* || 15 *ipsum: ipsam *C, del. Madvig* || de *Madvig*: cum *C,* coram *Rinkes Mnem. XI p. 189* || 19 accipiebam *M* || 20 quae: qui *S* || 21 A.: aut *S* aulus *P, om. M* || 22 salute *M* || 23 cupiditatis *del. Madvig,* captivitatis *Manutius* || 26 valere: ... ... *S* || uoluntate *S* || 27 *Gabini: ... ... *SM, om. P*

L. autem Trebellius ⟨*est*⟩ tribunus plebis quem non nominat: quo perseverante intercedere (nam senatui promiserat
[102] moriturum se ante quam illa lex perferretur) intro vocare tribus Gabinius coepit, ut Trebellio magistratum abrogaret, sicut quondam Ti. Gracchus tribunus M. Octavio collegae suo magistratum abrogavit. Et aliquamdiu Trebellius ea re non perterritus aderat perstabatque in intercessione, quod id minari magis quam perseveraturum esse Gabinium arbitrabatur; sed postquam X et VII | tribus rogationem acceperunt 72
et una modo supererat, ⟨*ut*⟩ populi iussum conficeret, remisit intercessionem Trebellius: atque ita legem Gabinius de piratis persequendis pertulit.

At enim de corrigenda lege rettulerunt.

Diximus iam in principio Cornelium primo legem promulgasse, ne quis per senatum lege solveretur, ⟨*deinde*⟩ tulisse, ut tum denique de ea re S. C. fieret, cum adessent in senatu non minus CC. Haec est illa quam appellat correctio.

Iidem, ⟨*nisi*⟩ haec ipsa lex quam C. Cornelius tulit obstitisset, decrevissent id, quod palam iam isti defensores iudiciorum propugnaverunt, senatui non placere id iudicium de Sullae bonis fieri. Quam ego causam longe aliter praetor in contione defendi, cum id dicerem, quod idem iudices postea statuerunt, iudicium aequiore tempore fieri oportere.

Quia defuerat superioribus temporibus in aerario pecunia publica, multa et saepe eius rei remedia erant quaesita; in quibus hoc quoque, ut pecuniae publicae quae residuae apud quemque essent exigerentur. Id autem maxime pertinebat

1 est *add. Baiter* || non *om. MP* || 2 senatui *S in mg.*: senatus *C* || 4 coepi *S* || abrogarent *C* || 5 Ti. *Manutius*: C. *C* || tribus *S* || optauio *M* || 7 perterritus non *C, an* perterritus non fuerat? || in *om. SM* || qui quod *S* || *id minari (*cum Orellio*): damnari *C*, minitari *Halm l. l. p. 20* quoniam minari *Rinkes Mnem. XI p. 189* || 10 una modo *SPbl*: una mens esset ut modo *Paω* una quoque mens esset ut *M*, ut una minus esset, et modo una *Madvig* || superat *Pω* || ut *om. C* || 15 legibus *Rinkes Mnem. XI p. 190* || deinde *om. C* || 16 tum: cum *S* || adesset *M* || 17 CC *Manutius*: et *C*, *an* CL? *cf. Liv. XLII 28, 9* || est *Manutius*: et *C* || 19 iidem *Madvig*: idem *C* || nisi *om. C* || 20 decreuissem *Paω* || pugnauerunt *C corr. Buecheler* || 28 et *fort. del.*

ad Cornelium Faustum dictatoris *filium*, quia Sylla per multos annos quibus exercitibus praefuerat et quo tempore rem publicam tenuerat, sumpserat pecunias ex vectigalibus et ex aerario populi Romani; eaque res saepe erat agitata, saepe omissa partim propter gratiam Syllanarum partium, partim
73 *etiam* quod iniquum videbatur post tot | a*nnos ut* quam quis pecuniam acceperat resque . . . . reddereret rationem. [103]

STATIM

Antea vero quam multarum rerum *iudicia* sublata sint, et quia scitis praetereo et ne quem in iudicium oratio mea revocare videatur.

Bello Italico quod fuit adulescentibus illis qui tum in re publica vigebant, cum multi Varia lege inique damnarentur, quasi id bellum illis auctoribus conflatum esset, crebraeque defectiones Italicorum nuntiarentur, nanctus iustitii occasionem senatus decrevit, ne iudicia, dum tumultus Italicus esset, exercerentur: quod decretum eo tempore in contionibus populi saepe agitatum erat. Supererat autem ex eis, qui illa iudicia metuerant, vigens tum maxime C. ⟨*Curio pater*⟩ Curionis adulescentis eius, qui bello civili Caesaris fuit partium.

PAULO POST

Non Cn. Dolabella C. Volcacium, honestissimum virum, communi et quotidiano iure privasset.

Duo fuerunt eo tempore ⟨*Cn.*⟩ Dolabellae, quorum alterum C. Caesar accusavit, alterum M. Scaurus.

---

1 fauctum *M* || filium: . . . . *S* || 2 quo tempore *S*: *om. MP* || 4 eoque *M* || 5 obmissa *M* || gratiam *om. MP* || 6 *etiam: . . . . *S om. MP* || tot annos *P*: tota . . . . *S* tota annos . . . . . . *M*; ut *addidimus* || qui *C* || 7 resque . . . . *MP;* residuamque apud se habebat, eius *suppl. Mommsen* || 10 iudicia: . . . . *S* || 11 scitis *S pr.*: scistis *S corr. MP* || praeterea *C* || et *S*: ut *MP* || 13 bellico *M* || illis *om. S* || 15 crebre *S* || 16 *nanctus: non tunc (ob non tunc *Pb*[1] ob tunc *Pab*[2] tunc ob *volgo*) *C* || iustitii *Mommsen*: eius tristitiae *C* || 18 eo tempore *Mommsen*: eorum *C* || 19 erat: . . . . . . *M* || supererat *Madvig:* supererant *C* || his *SMPa* || 20 * metuerunt *C* || vigens tum *Madvig:* uigentum *SM* ingentum *P* || Curio pater *add. post Manutium Madvig* || 23 Num *Rau v. l. I p. 137* || Dolobella *C* || 24 virum *om. SM* || 25 Cn. *add. Buecheler* || Dolobellae *C*

Non denique homo illorum et vita et prudentia longe dissimilis, sed tamen nimis in gratificando iure liber, L. Sisenna bonorum Cn. Corneli possessionem ex edicto suo P. Scipioni, adulescenti summa nobilitate, eximia virtute praedito, non dedisset.

Hoc solum hic adnotandum est hunc esse L. Sisennam 74
qui res Romanas scripsit.

Quare cum hoc populus Romanus videret et cum a tribunis plebis doceretur, nisi poena accessisset in divisores, extingui *ambitum* nullo modo posse, legem hanc Corneli flagitabat, illam quae ex S. C. ferebatur repudiabat, idque iure, ut docti sumus duorum consulum designatorum calamitate —

[104] et eadem de re paulo post:

Ut spectaculum illud [duorum designatorum consulum calamitatis] re et tempore salubre ac necessarium, genere ⟨*et*⟩ exemplo miserum ac funestum videremus.

P. Syllam et ⟨*P.*⟩ Autronium significat, quorum alterum L. Cotta, alterum L. Torquatus, qui cum haec Cicero dicebat coss. erant, ambitus damnarant et in eorum locum creati erant.

Quid ego nunc tibi argumentis respondeam posse fieri, ut alius aliqui Cornelius sit qui habeat Philerotem servum; vulgare | nomen esse Phi- 75

---

1 Num *Rau l. c.* || 3 liberalis *Halm nunt. Monac. 1862 II p. 20* || 4 edito *M* || 5 non *del. Manutius* || 9 hoc *Mommsen*: hunc *C* haec *Rau v. l. p. 138* || 10 docere . . . . *S* doceretur . . . . *MP*, idem *add. Halm l. l. p. 20* quotidie *Rau l. l.* || accessisse *SM* || 11 extingui *Pa, ex corr. MPb:* extinct *M pr. Pb pr. ω* extincti *S* || ambitum *Halm:* . . . . *MPbω* . . . . . *S om. Pa* || nullo *MPa, b corr.*: ullo *SPb pr. ω* || 13 iure ut *Madvig:* urebus *MPl* etrebus *S* in rebus *Pb pr. ω* uir is *Pa, b corr.* || 14 docti sumus *Madvig:* doctissimus *C* || 17 *verba* duorum des. consulum (consilium *M*) calamitatis *del. Madvig* || 19 et *om. C* || 21 P. *add. Manutius* || Antronium *SP* atronium *M* || 26 aliquis *MP* || 27 servum *Madvig:* res *C,* quasi ignores *Mommsen Trib. p. 85*

lerotis, Cornelios vero ita multos, ut iam etiam collegium constitutum sit?

Frequenter tum etiam coetus factiosorum hominum sine publica auctoritate malo publico fiebant: propter quod postea collegia et S. C. et pluribus legibus sunt sublata praeter pauca atque certa quae utilitas civitatis desiderasset, qualia sunt fabrorum lictorumque.

At enim extremi ac difficillimi temporis vocem illam, C. Corneli, consulem mittere coëgisti: qui rem ⟨p.⟩ salvam esse vellent, ut ad legem accipiendam adessent.

⟨*C.*⟩ Piso qui consul eodem anno fuit quo Cornelius tribunus plebis erat, cum legem de ambitu ex S. C. graviorem quam fuerat antea ferret et propter multitudinem divisorum qui per vim adversabantur e foro eiectus esset, edixerat id quod Cicero significat, et maiore manu stipatus ad legem perferendam descenderat.

Plebem ex Maniliana offensione victam et domitam esse dicit:

Aiunt vestros animos propter illius tribuni plebis temeritatem posse adduci, ut omnino *a defensio*ne illius potestatis abalienentur; qui restituerunt eam potestatem, alterum nihil unum posse contra multos, alterum longe abesse?

Manifestum puto esse vobis M. Crassum et Cn. Pompeium significari, e quibus Crassus iudex tum sedebat in Cornelium, [105]
Pompeius in Asia bellum Mithridaticum gerebat.

Tanta igitur in illis virtus fuit, ut anno XVI post reges exactos propter nimiam dominationem potentium secederent, leges sacratas ipsi sibi re-

1 Cornelius *C* || 3 frequentes *P* || coitus *S* || 5 *et S. C.: a S. C. *SM*, S. C. *P* || 6 qualia sunt *Mommsen de sodal. p. 74*: quasi ut *C*, servari, ut *Madvig* || 7 littorumque *Pbω*, liticinumque *Mommsen* fictorumque *Manutius* tinctorumque *Heineccius; ceterum cf. Gaius in Digest. III 4, 1* || 9 Cornelio *C* || 10 publicam *om. C* || legem: rem *S* || 12 C. *add. Manutius* || 20 aiunt *Madvig*: ante *C*; dicit ante: Vestros *Halm p. 21* || animos *Patricius*: annos *C* || 21 a defensione *Mommsen*: .... ne *C* a restitutione *Madvig* || 22 potestatis abalienentur *Madvig*: potestate abalienemur *C* || 25 nobis *S* || 26 equitibus *SM* || 30 ipsis sibi *SP* sibi ipsis *M*

stituerent, duos tribunos crearent, montem illum trans Anienem, qui hodie Mons Sacer nominatur, 76
in quo armati consederant, aeternae memoriae causa consecrarent. Itaque auspicato postero anno tr. pl. comitiis curiatis creati sunt.

Inducor magis librariorum hoc loco esse mendam quam ut Ciceronem parum proprio verbo usum esse credam. Illo enim tempore de quo loquitur, quod fuit post XVI annos quam reges exacti sunt, plebs sibi leges sacratas non restituit (nunquam enim tribunos plebis habuerat), sed tum primum eas constituit. Numerum quidem anni post reges exactos quo id factum est diligenter posuit, isque fuit A. Verginio Tricosto L. Veturio Cicurino coss. Ceterum quidam u. c. 26
non duo tr. pl., ut Cicero dicit, sed quinque tradunt creatos tum esse singulos ex singulis classibus. Sunt tamen qui eundem illum duorum numerum quem Cicero ponant: inter quos Tuditanus et Pomponius Atticus, Livius quoque noster. Idem hic et Tuditanus adiciunt tres praeterea ab illis duobus sibi collegas creatos esse. Nomina duorum qui primi creati sunt haec traduntur: L. Sicinius L. f. Velutus, L. Albinius C. f. Paterculus.

Reliqua pars huius loci, quae | pertinet ad secun- 77
dam constitutionem tribunorum et decemvirorum finitum imperium, et breviter et aperte ab ipso dicitur. Nomina sola non adicit, quis ille ex decemviris fuerit qui contra libertatem vindicias dederit, et quis ille pater contra cuius filiam id decrevit; scilicet quod notissimum est decemvirum illum Appium Claudium fuisse, patrem autem virginis L. Verginium.
[106] Unum hoc tantummodo explicandum, quo loco primum de secunda secessione plebis, dehinc concordia facta, sic dicit:

---

1 duo tribuni *S* || 4 consecrassent *S* || anno *S*: anno X *MP* || 5 comitii *M* || 8 de *om. MP* || 9 sacranos *S* || 11 eos *C* || anni *Mommsen*: annorum *C* || 12 quo *Manutius*: quam *C* || posuit is qui *MPab²* posuistis q̄ (qui *Pb¹*) *SFb¹*, *corr. Madvig* || 13 L. Vetrurio *C*, T. Veturio *Baiter* || Citurino *S* Cecurino *Pb* Cerurino *Pa* creurino *M* || quidem *C* || 15 singulo *M* || 16 ponat *S* || duos *S* || tudianus *SP* tuclitanus *M* || 17 pompeius *SM* || acthicus *S* acticus *M* || liviusque *MP* || 18 tudianus *SP* || tris *P* || *sibi: qui *S* que *M*, *om. P* || college *SM* || 20 L.: ·Ī· *S* || Sicinus *SM* || ·l· f. *S* || Bellutus *Manutius* || L. Albinius *Sigonius:* labinius *M* lauinius *P* libinius *S*, L. Iunius *Manutius* || patriculus *C* || 23 ex aperte *M* || 24 qui *om. MP* || 25 uindicte *C* || filium *SM* || 27 autem patrem *SM* || uirginium *C* || 28 explicanda *S* || 29 dici *M*

Tum interposita fide per tres legatos amplissimos viros Romam armati revertuntur. In Aventino consederunt; inde armati in Capitolium venerunt; decem tr. pl. ⟨*per*⟩ pontificem, quod magistratus nullus erat, creaverunt.

Legati tres quorum nomina non ponit hi fuerunt: Sp. Tarpeius, C. Iulius, P. Sulpicius, omnes consulares; pontifex max. fuit M. Papirius.

Etiam haec recentiora praetereo: Porciam prin-
78 cipium iustissimae | libertatis; Cassiam, qua lege suffragiorum vis potestasque convaluit; alteram Cassiam, quae populi iudicia firmavit.

Quae sit illa lex Cassia qua suffragiorum potestas convaluit manifestum est; nam ipse quoque paulo ante dixit legem Cassium tulisse, ut populus per tabellam suffragium ferret. Altera Cassia lex, quae populi iudicia firmavit, quae sit potest quaeri. Est autem haec: L. Cassius
..c. 650 L. f. Longinus tribunus plebis C. Mario C. Flavio coss. plures leges ad minuendam nobilitatis potentiam tulit, in quibus hanc etiam, ut quem populus damnasset cuive imperium abrogasset in senatu ne esset. Tulerat autem eam maxime propter simultates cum Q. Servilio, qui ante biennium consul fuerat et cui populus, quia male adversus Cimbros rem gesserat, abrogavit imperium.

Dicit de nobilibus:

Qui non modo cum Sylla, verum etiam illo mortuo semper hoc per se summis opibus retinendum putaverunt, inimicissimi C. Cottae fuerunt, quod is consul paulum tribunis plebis non potestatis sed dignitatis addidit.

Hic Cotta, ut puto ⟨*vos reminisci*⟩, legem tulit, ut

---

3 capitolio (campitolio *M*) *C* || 4 per *add. Manutius* || 6 ii *P* || Sp.: P *C* || 9 praeterea *C* || Porciam: portiam *SM* ponam *P* || 10 *verba* quae — Cassiam *om. S* || 11 vis: ius *Pa corr.* || 13 sit: est *C* || 17 hec lex cassius *M* || 18 C. *om. S* || Flavio *Sigonius*: flacco *C* || 21 ne: non *Pbω* || 22 Servilio *Sigonius:* cecilio *C* || 24 imperium abrogavit *P*, imperium *om. S* || 25 *om. MPω* || 26 vivo Sylla *Rinkes Mnem. XI p. 190* || 31 vos reminisci *addidimus; cf. p. 59, 5*

tribunis plebis liceret postea alios magistratus capere: quod lege Syllae eis erat ademptum.

Quamdiu quidem hoc animo erga vos illa plebs
[107] erit quo se ostendit esse, cum legem Aureliam, cum Rosciam non modo accepit, sed etiam efflagitavit.

Aurelia lege communicata esse iudicia inter senatores et equestrem | ordinem et tribunos aerarios *** qua L. Roscius 79
Otho biennio ante confirmavit, in theatro ut equitibus Romanis XIIII ordines spectandi gratia darentur.

Memoria teneo, cum primum senatores cum equitibus Romanis lege Plotia iudicarent, hominem dis ac nobilitati perinvisum Cn. Pompeium causam lege Varia de maiestate dixisse.

M. Plautius Silvanus tribunus plebis Cn. Pompeio Stra- u. c. 665
bone L. Porcio Catone coss., secundo anno belli Italici, cum equester ordo in iudiciis dominaretur, legem tulit adiuvantibus nobilibus; quae lex vim eam habuit quam Cicero significat: nam ex ea lege tribus singulae ex suo numero quinos denos suffragio creabant qui eo anno iudicarent. Ex eo factum est, ut senatores quoque in eo numero essent, et quidam etiam ex ipsa plebe.

* * * *

[PRO CORNELIO]

Num in eo, qui sint hi testes, haesitatis? Ego vobis edam. Duo reliqui sunt de consularibus, inimici tribuniciae potestatis. Pauci praeterea adsentatores eorum atque adseculae subsequuntur.

M. Lucullum et M'. Lepidum significat. Quinque enim consulares, ut iam diximus, in Cornelium testimonium dixerunt: Q. Catulus, Q. | Hortensius, Q. Metellus Pius pont. max., 80

---

2 his *SMPb* || 5 roseam *M* || 8 *fort.* aerarios ⟨supra diximus. Rosciam eam significat⟩ qua || quam *SPa* || 9 confirmavit *Sigonius:* cons. firmavit *C* hos coss. firm. *Madvig* || 10 daretur *M* || 12 homines *SPb* || 13 perinusum *S* || 14 legem *M* || 15 syllanus *C* || pompeius *SM* || 17 ordo et n *M* || 19 suo *Patricius*: eo *C* || qui nos denos suffragia crebāt *M* || 21 facto *S pr. M* || 23 *om. M* || 24 exitatis *M* || 26 sentatores *M* senatores *S* || 28 M'. *Manutius*: M. *C*

quos hac secunda oratione tractat, et duo qui non*dum* dixerant, quos nunc significat, Lucullus et Lepidus.

Quid? avunculus tuus clarissimus vir, clarissimo patre avo maioribus, credo silentio favente nobilitate, nullo intercessore comparato populo
Romano dedit et potentissimorum hominum colle- [108]
giis eripuit cooptandorum sacerdotum potestatem.

Hoc egere enarratione, quia hoc loco nomen non ponit, quis fecerit, ei demum videri potest, qui oblitus sit ante minus XX versus haec ⟨*de*⟩ eo ipso Ciceronem dixisse:

Sed si familiariter ex Q. Catulo sapientissimo viro atque humanissimo velim quaerere: utrius tandem tibi tribunatus minus probari potest, C. Corneli, an — non dicam P. Sulpici, non L. Saturnini, non Gai Gracchi, non Tiberi, neminem quem isti seditiosum existimant nominabo, sed avunculi tui, Q. Catule, clarissimi patriaeque amantissimi viri? quid mihi tandem responsurum putatis?

SEQUITUR

Quid? idem Domitius M. Silanum, consularem hominem, quemadmodum tr. pl. vexavit?

M. Silanus quinquennio ante consul fuerat quam Domitius tr. pl. esset, atque ipse quoque adversus Cimbros rem male gesserat: quam ob causam Domitius eum apud populum accusavit. Criminabatur eum ⟨*bellum*⟩ cum Cimbris iniussu populi gessisse, idque principium fuisse calamitatum quas eo bello
81 populus accepisset; ac de eo tabellam quoque | edidit. Sed
plenissime Silanus absolutus est; nam duae solae tribus eum, Sergia et Quirina, damnaverunt.

---

1 nondum dixerant *Rau v. l. I p. 142, Madvig:* non dixerunt *C* || 5 p. Ro. dedit *Manutius*: proderit *C* || 6 collegis *M* || 8 quia: qui (q) *S* || 10 * minus ante XX *C* || de *om. C* || cicerone *S* || 15 nominem *S* || 17 Catule *Patricius:* catuli *C* || patriaeque *Manutius:* atque *C*, reique p. *Mommsen* || 18 qui *SM* || 19 *continuat prioribus S* || 20 quod *C* || domitium *S* || syllanum *C* || 22 syllanus *C* || 23 esset *om. MP* || 24 accusabat *MP* || 25 criminabat *C* || bellum *add. Buecheler* || 26 eo cum populus *M* || 27 tabella *M* || dedit *Manutius* || 28 sylanus *S* syllanus *Pbω* || solent *M*

Haec est controversia eiusmodi, ut *mihi probetur* tr. pl. Cn. Domitius, Catulo M. Terpolius.

Contemptissimum nomen electum esse ex eis qui tr. pl. fuerant post infractam tribuniciam potestatem ⟨*a*⟩ Sylla, ante restitutam a Cn. Pompeio apparet. Fuit autem is tr. pl.
ante XII annos D. Bruto [et] Mam. Lepido coss.; Cn. Do- u. c. 67
mitius tribunus fuerat ante II de XL annos C. Mario II
C. Fimbria coss. u. c. 65

Magno numero sententiarum Cornelius absolutus est.

---

1 mihi probetur (*vel* placeat) *Madvig:* mihi (m *S*) . . . . . . *C* || 2 Turpilius *Pighius; sed cf tit. Ostiensis in Annal. Inst. Rom. 1857 p. 291* || 3 *verba inde a* contemptissimum *Asconio reddidimus* || electum *Madvig:* ciectum *MP* iectum *S* || ex his *SM* || *fuerunt *C* || 4 a Sylla *Manutius:* sylle *C* || 6 et *delevimus* || Mam. *Manutius:* m. *C* || 7 an *S* || II de XL *Manutius:* II et XL *C* || 8 C. Fimbria: cons. (cos. *MPa*) fimbria *C*

82 # IN SENATU IN TOGA CANDIDA

CONTRA C. ANTONIUM ET L. CATILINAM COMPETITORES

a.c. 690 Haec oratio dicta est L. Caesare C. Figulo coss. post [109] annum quam pro Cornelio dixerat.

⟨*ARGUMENTUM*⟩

Sex competitores in consulatus petitione Cicero habuit, duos patricios, P. Sulpicium Galbam, L. Sergium Catilinam; quattuor plebeios, ex quibus duos nobiles, C. Antonium, M. Antoni oratoris filium, L. Cassium Longinum, duos qui tantum non primi ex familiis suis magistratum adepti erant, Q. Cornificium et C. Licinium Sacerdotem. Solus Cicero ex competitoribus equestri erat loco natus; atque in petitione patrem amisit. Ceteri eius competitores modeste se gessere, visique sunt Q. Cornificius et Galba sobrii ⟨*ac*⟩ sancti viri, Sacerdos nulla improbitate notus; Cassius quam-
83 vis stolidus tum magis quam | improbus videretur, post paucos menses in coniuratione Catilinae esse eum apparuit ac cruentissimarum sententiarum fuisse auctorem. Itaque hi quattuor prope iacebant. Catilina autem et Antonius, quam-

---

Inscriptionem om. M || 6 *om. C* || 7 consulatu *M* || 8 Sulpium *S* || 9 duo *C* || 11 tantum: tamen *C* || familiariis *M* || 12 licinnium *M* || 14 moleste *M* || 15 et *om. M* || sobrii: sonii *S* sonu *Pb*[1] *ω* || ac *om. C* || 16 sacerdotis *S* || quamvis *Buecheler:* qui ineius (iners *M Pab*[2]) *C* || 17 magister *S* || videbatur *Baiter* || post *Manutius:* sed (set *S*) *C* || 18 coniutatione *S* || eum esse *P* || apparet *M* || 19 atque hi *Buecheler* || 20 prope *Rau var. lect. I p. 143*: pro re *C*, propere *Orelli* || tacebant *S pr.*

quam omnium maxime infamis eorum vita esset, tamen *multum* poterant. Coierant enim *ambo, ut* Ciceronem consulatu deicerent, adiutoribus usi firmissimis M. Crasso et C. Caesare. Itaque haec oratio contra solos Catilinam et Antonium est. Causa orationis huiusmodi in senatu habendae Ciceroni fuit, [110] quod cum in dies licentia ambitus augeretur propter praecipuam Catilinae et Antoni audaciam, censuerat senatus, ut lex ambitus aucta etiam cum poena ferretur; eique rei Q. Mucius Orestinus tr. pl. intercesserat. Tum Cicero graviter senatu intercessionem ferente surrexit atque in coitionem Catilinae et Antoni invectus est ante dies comitiorum paucos.

⟨*ENARRATIO*⟩

Dico, P. C., superiore nocte cuiusdam hominis nobilis et valde in hoc largitionis quaestu docti et cogniti domum Catilinam et Antonium cum sequestribus suis convenisse.

Aut C. Caesaris aut M. Crassi domum significat. Ei enim acerrimi ac potentissimi fuerunt Ciceronis refragatores, cum petiit consulatum, quod eius in dies civilem crescere dignitatem animadvertebant: et hoc ipse Cicero in expositione consiliorum suorum significat; eius quoque coniurationis, quae Cotta et Torquato coss. ante annum quam haec dicerentur u. c. 689 facta est a Catilina et Pisone, arguit M. Crassum auctorem fuisse.

Quem enim aut amicum potest habere is qui 84 tot cives trucidavit, aut ⟨*clientem is*⟩ qui in sua civitate cum peregrino negavit se iudicio aequo certare posse?

---

1 *om̄ *SM* omnibus *P* || eorum *om. S* || tamen ... tum poterat *S* || 2 ambo ut *om. S in hiatu 11 litt.* || 3 deiecerent *M* || firmissimus *M* || 5 in *om. SM* || habente *S* || 6 praeter *S* || 7 et *om. S pr.* || 8 eique *Manutius:* et quoque *SM* ei quoque *P* || 10 contionem *C* || 12 *om. C* || 13 p. superioribus *M pr.* || 14 docti *Halm nunt. Mon. 1862 II p. 27:* noti *C* || 17 ei *Buecheler*: et *C* || 18 ac: et *MPbω* || 19 petit *S* || 21 suorum consiliorum *Pab* || eius: sexus *S* || 22 cocta *C* || 23 pisonem *S* || 25 habere potest *MP* || 26 trucidari *SM* || clientem *add. Manutius,* is *nos*

⟨*Significat*⟩ Catilinam, cum in Syllanis partibus fuisset, crudeliter fecisse. Nominatim etiam postea Cicero dicit quos occiderit, Q. Caecilium, M. Volumnium, L. Tanusium. M. etiam Mari Gratidiani summe popularis hominis, qui ob id bis praetor fuit, caput abscisum per urbem sua manu Catilina tulerat: quod crimen saepius ei tota oratione obicit. Fuerat vero hic Gratidianus arta necessitudine Ciceroni coniunctus.

Clientem autem negat habere posse C. Antonium: nam is multos in Achaia spoliaverat nactus de exercitu Syllano equitum turmas. Deinde Graeci qui spoliati erant eduxerunt Antonium in ius ad M. Lucullum praetorem qui ius inter pere- [111] grinos dicebat. Egit pro Graecis ⟨*C. Caesar*⟩ etiam tum adulescentulus, de quo paulo ante mentionem fecimus; et quom Lucullus id quod Graeci postulabant decrevisset, appellavit tribunos Antonius iuravitque se id forum eiurare, quod aequo iure uti non posset. Hinc Antonium Gellius et Lentulus censores sexennio ⟨*ante*⟩ quam haec dicerentur senatu moverunt causasque subscripserunt, quod socios diripuerit, quod iudicium recusarit, quod propter aeris alieni magnitudinem praedia mancipарit bonaque sua in potestate non habeat.

85 Nec senatum respexit, cum gravissimis vestris decretis absens notatus est.

Catilina ex praetura Africam provinciam obtinuit: quam cum graviter vexasset, legati Afri in senatu etiam tum absente

1 significat *Buecheler*: . . . . *M om. SP* || catilina *SPaω* || 2 fecisset *SM* || nominauit *S pr.* || fecisse notum satis est; postea *Halm l. l.* || 3 uoluminium *SM* || Tanusium *Manutius ex Q. Cicerone de cons. pet. 2, 6:* Tantasium *C* || 4 postularis *SM* || 5 abscissum *PM* || 7 conuictus *S* || 8 aut *S* || negabat *SPb* negabit *MPaω*, negavit *Baiter* || 10 quos *Pab*[1] || spoliati erant *Madvig:* spoliauerant *M, Pb pr. ω* spoliauerunt *S* spoliauerat *Pa, b corr.* || 12 C. Caesar *add. Manutius* || tum: cum *S* || adoluscentibus *S pr.* || 13 quom: quod *SM* quidem *Pbω* cum *Pa* || 15 se id forum eiurare *Mommsen (cf. Cic. Verr. III 60, 137):* se ideo (ideo *om. M*) iurare *C,* se id eiurare *Baiter* se ideo recusare *Hotomann* se id eo facere *Rau var. lect. I p. 143* se ideo vocare *Halm l. l. p. 28* || equa in re *C* || 16 hinc *Buecheler:* hunc *C* || 17 *ante *om. C* || quam *S:* quo *MP* || dicentur *M* || meuerũt *M* || 18 causasque: catulisque *S* || sociis *S* || 19 recusauit *C* || 20 mancipauit *C* || in sua potestate *M* || non *om. S pr.* || *habet (ht̄) *SM* haberet *P* || 21 nec *Manutius:* ne *C* || senatum *Halm l. l.* (*qui coni.* ne senatum quidem): se (si *S*) iam tum (tam *M*) *C* || despexit *S* || Vos iam tum despexit *Buecheler* || 23 prouinciā africā *M* || 24 etiam *Halm l. l.:* iam *C* || absenti *M*

illo questi sunt, multaeque graves sententiae de eo in senatu dictae sunt.

In iudiciis quanta vis esset didicit, cum est absolutus: si aut illud iudicium aut illa absolutio nominanda est.

Ante annum quam haec dicerentur Catilina cum redisset ex Africa Torquato et Cotta coss. accusatus est re- u. c. 68 petundarum a P. Clodio adulescente, qui postea inimicus Ciceronis fuit. Defensus est Catilina, ut Fenestella tradit, a M. Cicerone. Quod ego ut addubitem haec ipsa Ciceronis oratio facit, maxime quod is nullam mentionem rei habet, cum potuerit invidiam facere competitori tam turpiter adversus se coeunti: praesertim cum alterum competitorem suum Antonium in eadem hac oratione sua admoneat suo beneficio eum ex ultimo loco praeturae candidatum ad tertium pervenisse:

Nescis me praetorem primum esse factum, te concessione competitorum et conlatione centuria-
[112] rum et meo maxime beneficio ex postremo in tertium locum esse subiectum?

Qui igitur Antonio suffragationem suam imputandam putat, is ⟨*si*⟩ defendisset Catilinam, caput eius a se protectum nonne imputaret? Quod ita esse manifestum est ex eo quod statim dicit. Q. enim Mucius tr. pl. intercedebat, ne lex ambitus ferretur; quod facere pro Catilina videbatur. Hunc Mucium in hac oratione Cicero appellans sic ait:

Te tamen, Q. Muci, tam male de populo Romano existimare | moleste fero, qui hesterna die 86
me esse dignum consulatu negabas. Quid? p. R. minus diligenter sibi constitueret defensorem

---

1 in senatu de eo *MP* || 3 ēē dicit *M* || 5 est: non est *M* || 9 ciceroni *P* || 11 his *M* || 13 suam *S* || 17 tecum cessione *P* tecum concessione *M* || 18 conlatine *M* || 19 ex: te e *P* te et *M* || 21 imputandum *M* || 22 si *om. C* || catilina *S* || protectum a se *MP* || 23 nonne: non ei *Manutius* || esset *C* || 24 enim *om. M* || 26 appellans cicero *P* || appellatus *M* || 27 male de po. rom. *Gronov, Baiter:* malecie tr̄ *SM Pb pr.* male de re p. *Pa, b corr.* || 28 externa *S* || 30 diligentem *Patricius* || constitueret *Baiter:* constituere *C,* constituet *Halm l. l. p. 28*

quam tu tibi? Cum tecum furti L. Calenus ageret, me potissimum fortunarum tuarum patronum esse voluisti. Cuius tu auxilium in tua turpissima causa delegisti, hunc honestissimarum rerum defensorem p. R. auctore te repudiare potest? Nisi forte hoc dicturus es, quo tempore cum L. Caleno furti depectus sis, eo tempore in me tibi parum esse auxilii vidisse.

Verum ut egerit Muci causam Cicero sic ut Catilinae egisse eum videri vult Fenestella, cur, cum quamvis male existimet de causa Muci, tamen ei exprobret patrocinium suum, non idem in Catilina faciat, si modo pro eo dixit? et cur ipsum illud iudicium saepius in infamiam vocat? quod parcius videtur fuisse facturus, si in eo iudicio fuisset patronus. Atque ut alia omittam, hoc certe vix videtur dicturus fuisse, si illo patrono Catilina repetundarum absolutus esset:

Stupris se omnibus ac flagitiis contaminavit; caede nefaria cruentavit; diripuit socios; leges quaestiones iudicia violavit — et postea:

Quid ego ut violaveris provinciam praedicem? — Nam ut te illic gesseris non audeo dicere, quoniam absolutus es. Mentitos esse equites Romanos, falsas fuisse tabellas honestissimae
87 civitatis | existimo, mentitum Q. Metellum Pium, mentitam Africam: vidisse aliud nescio quid illos [113]
iudices, qui te innocentem iudicarunt. O miser, qui non sentias illo iudicio te non absolutum,

1 tecum *Gronov:* te *C,* te reum *Baiter* || lucalenus *M* || 3 auxilium *Halm l. l.:* et consilium *C,* praesidium *Gronov* || in tua turpissima *om. M* || 5 potest: volet *Halm l. l.* || 6 es: est *C* || cum: a *volgo* || 7 *detectus sit *C,* delatus sit *Manutius* || tempore: te *Buecheler* || 8 vidisset *C* uidelicet uidisset *S pr.;* vidisse te *Baiter* esse visum *Halm l. l.* || 9 ut ageret *C,* cum ageret *Baiter* || 10 egisset *C* || si Catilinae egisset, ut egisse eum *Mommsen* || cum *Manutius:* tam *C,* iam *volgo* || quemuis *SM* || *totum locum sic refingit Madvig*: Verum ut egerat Mucii causam Cicero, sic si Catilinae egisset, ut eum v. v. F., quaero cur iam *etqs.* || 11 exprobet *C* || 12 facit *M* || 13 et: ut *C,* aut *Baiter* || illum *S* || 14 uideretur *C* || 17 est *C* || 21 involaveris in prov. *Patricius* || 22 illis *S* || 23 mentitus *S* || 26 mentitum africam *C* || aliud *Buecheler:* apud *C,* puto *Manutius* || illo *C* || 27 iudicauerit *M*

verum ad aliquod severius iudicium ac maius supplicium reservatum!

Verine ergo simile est haec eum Catilinae obicere, si illo defendente absolutus esset? Praeterea movet me quod, cum sint commentarii Ciceronis earum etiam defensionum **** commentarium aut principium.

Ita quidem iudicio est absolutus Catilina, ut Clodius infamis fuerit praevaricatus esse: nam et reiectio iudicum ad arbitrium rei videbatur esse facta.

Populum vero, cum inspectante populo collum secuit hominis maxime popularis, quanti faceret ostendit.

Diximus et paulo ante Mari caput Catilinam per urbem tulisse.

Me qua amentia inductus sit ut contemneret,
constituere non | possum. Utrum aequo animo la- 88
turum putavit? At in suo familiarissimo viderat
me ne aliorum ⟨*quidem*⟩ iniurias mediocriter posse
ferre.

Manifestum est C. Verrem significari.

Alter pecore omni vendito et saltibus prope addictis pastores retinet, ex quibus ait se cum velit subito fugitivorum bellum excitaturum.

C. Antonium significat.

Alter induxit eum quem potuit, ut repente gladiatores populo non debitos polliceretur; eos ipse consularis candidatus perspexit et legit et emit; praesente populo Romano factum est.

Q. Gallium, quem postea reum ambitus defendit, significare videtur. Hic enim cum esset praeturae candidatus, quod

---

3 simul *M* || 4 illa *M* || est *SP, om. M* || 5 earum *C*: causarum *Baiter cf. Hieronymus adv. Ruf. I 1,* exordia *Mommsen* || etiam: ẽẽ *M;* quas suscepit nec peregit, nullum invenio huius defensionis *suppl. Buecheler* (*sim. Rau var. lect. I p. 144*) || 7 *ita quod *C* || absolutus est *MP* || 8 esset *C* || 13 mari *MP* manu *S* || catilina *S* || 15 sit *Madvig*: est *C* || 16 animo *om. P* || 17 at *Madvig:* an (aut *Pa*) *C,* anne *Mommsen* || 18 quidem *om. C* || 20 significat *C* || 22 additis (abditis *S pr.*) *C* || eum *S* || 26 poculo *M* || deditos *M* || eos: quos *Pa, b corr.* || 27 consularius *MP* || 28 id praesente *Orelli*

in aedilitate quam ante annum gesserat bestias non habuerat, dedit gladiatores sub titulo patri se id dare.

Quamobrem augete etiam mercedem, si vultis, [114] Q. Muci, ut perseveret legem impedire ut coepit senatus consultum; sed ego ea lege contentus sum, qua duos consules designatos uno tempore damnari vidimus.

89 Legem Calpurniam significat quam C. Calpurnius Piso ante triennium de ambitu tulerat. Quod dicit autem damnatos esse designatos consules, P. Syllam et P. Autronium, de quibus iam diximus, vult intellegi. Cognomen autem Q. Mucio tribuno quem nominat fuit Orestinus.

Atque ut istum omittam in exercitu Syllano praedonem, in introitu gladiatorem, in victoria quadrigarium

De Antonio dici manifestum est. Et dicit eum in exercitu Syllae praedonem propter equitum turmas quibus Achaiam ab eo vexatam esse significavimus; in introitu gladiatorem pertinet ad invidiam proscriptionis quae tum facta est; in victoria quadrigarium, quod, cum Sylla post victoriam circenses faceret ita, ut honesti homines quadrigas agitarent, fuit inter eos C. Antonius.

Te vero, Catilina, consulatum sperare aut cogitare non prodigium atque portentum est? A quibus enim petis? A principibus civitatis? qui tibi, cum L. Volcacio cos. in consilio fuissent, ne petendi quidem potestatem esse voluerunt.

Paulo ante diximus Catilinam, cum de provincia Africa decederet petiturus consulatum et legati Afri questi ⟨*essent*⟩ de eo in senatu, graviter vituperatum esse. Professus deinde est Catilina

---

1 bestias *Manutius*: uertias *C* || 2 gladiatores *Gronov*: gladiatorum *SM* gladiatorium *P* || patri: patris *C* || 3 augente *SM* || mercedem *Madvig:* mercede *S* mercedes *MP* || 4 Muci, ut perseveret *Madvig:* Mutium perreuerti *C* || 5 senatus consultum *Madvig:* senter cōs *C* || 9 autem dicit *P* || 10 antronium *SP* antonium *M* || 13 ut *om.* *S* || 16 dicit *SM* || *Et: sed || eum: cū *M* || 18 achaia *M* camiam *S* eamiam *Pb pr. ω* || significamus *C* 21 pot̄ *S* || 24 pro dignum aut *M* || ex quibus *C* || 26 uolcatius *P* || fuissent *Madvig:* fuisset *C* || 29 essent *add. Buecheler* || 30 vituperatum esse *Buecheler:* peruenisset *SM* peruenissent *P*, praevenissent *Sigonius* || est: esse *SM*

petere se consulatum. L. | Volcacius Tullus consul consilium 90
publicum habuit, an rationem Catilinae habere deberet, si peteret consulatum: nam quaerebatur repetundarum. Catilina ob eam causam destitit a petitione.

A senatoribus? qui te auctoritate sua spoliatum ornamentis omnibus vinctum paene Africanis oratoribus tradiderunt?

[115] Diximus modo de hoc. Nam iudicium quoque secutum ⟨*est*⟩ repetundarum, quo ipse per infamiam liberatus est Catilina, sed ita ut eum senatorum urna damnaret, equitum et tribunorum absolveret.

Ab equestri ordine? quem trucidasti?

Equester ordo pro Cinnanis partibus contra Syllam steterat, multique pecunias abstulerant: ex quo saccularii erant appellati, atque ob eius rei invidiam post Syllanam victoriam erant interfecti.

A plebe? cui spectaculum eiusmodi tua crudelitas praebuit, ut ⟨*te*⟩ nemo sine gemitu ac recordatione luctus aspicere possit?

Eiusdem illius Mari Gratidiani quod caput gestarit obicit. Quo loco dicit Catilinam caput M. Mari gestasse:

Quod caput etiam tum plenum animae et spiritus ad Syllam usque ab Ianiculo ad aedem Apollinis manibus ipse suis detulit.

Omnia sunt manifesta. Ne tamen erretis, quod his temporibus aedes Apollinis in Palatio fuit nobilissima, admonendi estis non hanc | a Cicerone significari, utpote quam post mor- 91
tem etiam Ciceronis multis annis Imp. Caesar, quem nunc

---

2 ratione *M* ‖ 4 petitionē *M* ‖ 5 a: an *C* ‖ 6 uictum *M* ‖ africani *M* ‖ 8 est *om. C* ‖ 9 a quo ipse *P* quod ipse *SM,* cum esset *Mommsen* ‖ *an* nam iudicio quod secutum est rep. Clodi per inf.? ‖ infamia *M* ‖ catilina *om. M* ‖ 10 sedit (sedid *S*) autem *SPb pr.* sed (sedit *M*) ita ut *MPa, b corr.* ‖ 12 equesti *M* 13 equester *Pa, b corr.:* ei ũr *SM Pb pr.* ‖ 14 *multasque *C* ‖ contulerant *S* ‖ 15 ab eius *M* ‖ 17 cuius *S* ‖ 18 te *add. Madvig* ‖ 19 possit *Madvig:* posset *C* ‖ 20 mori *SM* ‖ gestaret *C* ‖ obit *C* ‖ 23 syllanosque *SM* ‖ aniculo *S* ‖ eidem *M* aedilem *S* ‖ 25 ne temeritatis *S* ‖ tam *SM* ‖ 26 aedilis *SM* ‖ fuit *C cf. Madvig app. p. 16:* est *Wesenberg emend. alt. epist. Cic. p. 111* sit *Manutius* stat *Rau var. lect. I p. 146* ‖ nobilissimi *M* ‖ 27 utpote *Drakenborch ad Liv. III 63, Madvig:* ut puto *C,* ut puta *Gronov* ‖ post p *S* ‖ 28 que *M*

Divum Augustum dicimus, post Actiacam victoriam fecerit: sed illam demonstrari, quae est extra portam Carmentalem inter forum holitorium et circum Flaminium. Ea enim sola tum demum Romae ⟨*erat*⟩ Apollinis aedes.

Loquitur cum Catilina:

Quid tu potes in defensione tua dicere, quod illi non ⟨*dixerint? at illi multa*⟩ dixerunt quae tibi dicere non licebit —

et paulo post:

Denique illi negare potuerunt et negaverunt: tu tibi ne infitiandi quidem impudentiae locum reliquisti. Quare praeclara dicentur iudicia tulisse si, qui infitiantem Luscium condemnarunt, Catilinam absolverint confitentem.

Hic quem nominat L. Luscius, notus centurio Syllanus divesque ex victoria factus (nam amplius centies possederat), damnatus erat non multo ante quam Cicero dixit. Obiectae
92 sunt ei tres caedes proscri|ptorum. Circa eosdem dies L. quoque Bellienus damnatus est, quem Cicero ait avunculum [116]
esse Catilinae. Hic autem Lucretium Ofellam consulatum contra voluntatem Syllae ad turbandum statum civitatis petentem occiderat iussu Syllae tunc dictatoris. His ergo negat ignotum esse, cum et imperitos se homines esse et, si quem etiam interfecissent, imperatori ac dictatori paruisse dicerent, ac negarent quoque: Catilinam vero infitiari non posse. Huius autem criminis periculum, quod obicit Cicero, paucos post menses Catilina subiit. Post effecta enim comitia consularia et Catilinae repulsam fecit eum reum inter sicarios L. Lucceius paratus eruditusque, qui postea consulatum quoque petiit.

1 acticam *S* atticam *Pω* || 2 carmē tale *M* || 3 olitorium *C* || 4 romae ad aediles *S* adediles rome *M*, erat *add. Mommsen* || 5 *verba* loquitur cum Catilina *om. Pa pr., bω* || 6 putes *M* || 7 alli *S pr.* || *verba* dixerint at illi multa *add. Madvig, Halm nunt. Mon. 1862 II p. 29* || 12 dicuntur *C* || 13 quid *M* || condemnarint *SP* condempnarit *M* || 15 syllanos *S* || 16 e *P* ea *SM* || 17 dominatus *SM Pb*¹ || 20 lucretum *S* || Ofellam *Sigonius:* afellam (asellam *ω* asellam *Pb*¹) *SP* astalla *M* || 22 His *Patricius:* is *C* || 23 ignotum *Madvig:* ignarum *C* || *verba* cum — esse *om. S* || cum et *Halm l. l.*: cum etiam *C* || 24 etiam iniuria int. *Mommsen* || impar̄ *S* || 25 negarent *Baiter:* negare *C;* negare quoque possent *Madvig* || vero: nunc *M* || 28 lucceius *Crevier:* lucullus *C* || 28 paratus ad dicendum *Baiter* || 29 petit *SM*

Hanc tu habes dignitatem qua fretus me contemnis et despicis, an eam quam reliqua vita es consecutus? cum ita vixisti, ut non esset locus tam sanctus quo non adventus tuus, etiam cum culpa nulla subesset, crimen afferret.

Fabia virgo Vestalis causam incesti dixerat, cum ei Ca- 93
tilina obiceretur, eratque absoluta. Haec Fabia quia soror erat Terentiae Ciceronis, ideo sic dixit: etiam si culpa nulla subesset. Ita et suis pepercit et nihilo levius inimico summi obprobrii turpitudinem obiecit.

Cum deprehendebare in adulteriis, cum deprehendebas adulteros ipse, cum ex eodem stupro tibi et uxorem et filiam invenisti.

Dicitur Catilina adulterium commisisse cum ea, quae ei postea socrus fuit, et ex eo natam stupro duxisse uxorem, cum filia eius esset. Hoc Lucceius quoque Catilinae obicit in orationibus quas in eum scripsit. Nomina harum mulierum nondum inveni.

Quid ego ut violaveris provinciam praedicem, cuncto populo reclamante ac resistente? nam ut te illic gesseris non audeo dicere, quoniam absolutus es.

[117] Dictum est iam saepius Catilinam ex praetura Africam obtinuisse et accusante eum repetundarum P. Clodio absolutum esse.

Praetereo nefarium illum conatum tuum et paene acerbum et luctuosum rei publicae diem, cum Cn. Pisone socio, ne quem alium nominem, caedem optimatum facere voluisti.

Quos ⟨*non*⟩ nominet, intellegitis. Fuit enim opinio Catilinam et Cn. Pisonem, adulescentem perditum, coniurasse ad caedem
senatus faciendam ante annum quam haec dicta sunt, Cotta 94

---

2 qua *C* || reliquam *S* reliquum *P* || vita es *Manutius:* uite *C* || 4 quod *C* || 5 afferiet *M* || 6 causa *M* || 7 absoluti *M* || 8 dicit *Sigonius* || 9 perpecit *M* || 10 obprobrii *S* obprobii *M* || 11 deprehendebat adulteros *S* || 14 dicit *Beraldus* || Catilinam *SPω* || commisse *M* || 15 natam *Pb rec., Orelli:* nam *C* || 16 lucteius *S* lucrerus *M* lucrecius *Pω* || 18 involaveris in pr. *Patricius, Madvig; sed iniuriam significari in repetundarum iudicio provinciae illatam monuit Mommsen* || 19 reclamante *Halm l. l. p. 29:* R. clamante *C* || 23 accusatū tum *M* || 24 preterea *M* || 26 socium *SM* || ne quem alium nominem *Gronov:* neque alio nemine *C* || 28 *non nominet: nominat *C,* innuat *Mommsen; cf. p. 74, 21 sq.*

c. 689 et Torquato coss., eamque caedem ideo non esse factam, quod prius quam parati essent coniuratis signum dedisset Catilina. Piso autem, cum haec dicerentur, perierat, in Hispaniam missus a senatu per honorem legationis, ut ab urbe ablegaretur; ibi, dum iniurias provincialibus facit, occisus erat, ut quidam credebant, a Cn. Pompeii clientibus Pompeio non invito.

An oblitus es te ex me, cum praeturam peteremus, petisse, ut tibi primum locum concederem? Quod cum saepius ageres et impudentius a me contenderes, meministi me tibi respondere impudenter te facere, qui id a me peteres quod a te Boculus nunquam impetrasset?

Diximus iam supra Syllae ludis quos hic propter victoriam fecerit quadrigas C. Antonium et alios quosdam nobiles homines agitasse. Praeterea Antonius redemptas habebat ab aerario vectigales quadrigas, quam redemptionem senatori habere licet per legem. Fuit autem notissimus in circo quadrigarum agitator Boculus.

Dicit de malis civibus:

Qui posteaquam illo ⟨*quo*⟩ conati erant Hispaniensi pugiunculo nervos incidere civium Romanorum non potuerunt, duas uno tempore conantur in rem publicam sicas destringere.

Hispaniensem pugiunculum Cn. Pisonem appellat, quem in Hispania occisum esse dixi. Duas sicas Catilinam
95 et Antonium appellari manifestum est.

Hunc vos scitote Licinium gladiatorem iam immisisse lapillum Catilinae † iudic. quā Q. ue Curium hominem quaestorium. [118]

---

3 hispaniā *M* hispania *SP* || ab urbe *Robortellus:* auus suus *C*, ab suis *Sigonius* ab suis sociis *Rau var. lect. I p. 147* a republica *Gronov (cf. Sall. Catil. 19), an* ad tempus? || 5 ibi *Rau l. l.:* ibique *C* || 6 a Cn.: ac nō *SM* || 8 concederet *SM* || 12 a te Boculus *A. Augustinus:* auunculus *C* || Bucolus *Buecheler et hic et v. 19* || impetrasses *S* || 13 ludos *C* || 14 alios quos *M in fine versus* || 17 id circo *C, corr. Pb*² || 20 illo quo *Mommsen:* illo *SPω* illud *Pa* de illo *Pb, om. M;* quod illo *Halm l. l. p. 29* || hic paniensi pugiuncula *S* || 23 in rep. sicas distringere *C, corr. Patricius* || 25 hyspaniā *M* || dixi *Manutius*: dicit *C* || 27 licinnium *SM* || $\overset{c}{l}$apillum *S* capillum *MP* || 28 *sq.* ueturium *S* || *an* lapillum Catilinae iudicio quasi alterum Q. Curium *(sic fere Buecheler)?*

Curius hic notissimus fuit aleator, damnatusque postea est. In hunc est hendecasyllabus Calvi elegans:

Et talos Curius pereruditus. [fr.11]

Huic orationi Ciceronis et Catilina et Antonius contumeliose responderunt, quod solum poterant invecti in novitatem eius. Feruntur quoque orationes nomine illorum editae, non ab ipsis scriptae, sed ab Ciceronis obtrectatoribus: quas nescio an satius sit ignorare. Ceterum Cicero consul omnium consensu factus est: Antonius pauculis centuriis Catilinam superavit, cum ei propter patris nomen paulo speciosior manus suffragata esset quam Catilinae.

---

2 endesyllabus *C* || 3 talos *L. Mueller*: calus *C* talus *Pω* || curios *C* per erudius *M* pererudiosius *S* || 5 responderant *C* || solus *M pr.* || poterat *M* || 7 sed a *M* || 8 certū uerocos *M* || cicero solus *S* || omi consensus *S* || 9 ceturiis *S* || 10 speciotior *M* || 11 esse *C*

APPENDIX

ASCONII QUI VOLGO FEREBATUR COMMENTARIORUM IN PARTEM VERRINARUM VARIA LECTIO EX CODICIBUS SOZOMENI PISTORIENSI ET LEIDENSI POGGIANO ENOTATA AD ED. BAITERIANAM.

S = Sozomeni apographum a C. Bardtio collatum. *L* = Leidensis. Nota omissa librorum consensum significat. Ceterum ordinem scholiorum qualis in codicibus est ab editore saepe immutatum (de quo vide Baiteri adnotationes) memorare supersedimus.

p. 97 *inscr.* ARGVMENTVM DIVINATIONIS (super prime Verinarum. *S in mg.*) || 3 rupta *L* || 4 Sacerdote praetore || 7 ab: a *S* || ac: et *S* || 10 fuisset praetore Sexto Peduceo || 11 his

